℄ Pręterea. Si pluris id eē dicant, tanq̄ genus profecto non negabunt. Sed genus eodē etiā tēpore diuiſum continet in ſe ſpecies, iꝫ nihil omnino pceſſerit, aut ſubſequatur. Neceſſe igit̄ erit, eos confiteri, vno eodē tēpore, neceſſariū eſſe, & poſſibile, & contingens, quo nihil abſurdius. Neceſſarium quidē ſemper eſt neceſſariū, potens autē eſſe, ſiue admittibile & contingēs, non ſemper ſed aliqñ. Quare ſi ens genus non erit, non erit ēt & pluris, quicquid enī natura ipſa definitū eſt, particularibus ſi adſit, nullo modo poteſt eſſe genus.

℄ Pręterea. Oia aut determinate aut indeterminate proferunt̄, determinationes autem quatuor, omnis & quidā affirmatiuę, non omnis & nullus negatiuę. Dictę iccirco quoniā ex his determinatur qđ dicimus ſiue vl'r ſiue particulariter. Si enī dicamus ſic, omnes homines lucrū appetunt, ideſt vniuerſale. Sin vero ſic. quidam ſummū bonum virtutem ꝓpter ſe expetendam eſſe voluerunt. Particulare. Demōſtratum autem ab oibus fere Phīs eſt, particulare indeterminatū idē valere ac particulare determinatū, vt quidā homo venit, idem ſit atq; hoc, homo venit.

Dubitatio.

Cur p caſum rectū nō dicit quā p genitiuū, dic a grāmaticis pon' q̄ e phīs cōſiderauōc dig'.

Or ſi ita eſt. Porphyrius indeterminate quum dixiſſet ὄντος ἀναγκαίου neq; prępoſuiſſet παντὸς vniuerſalē determinationem. Suſcepit illud τὸ ὄν. particulariter ac ſi diceret quoddam ens eſt neceſſariū. Quod quidem, vt ipſi cōfitent̄ ęquiualet neceſſario. Et quidem ſi ęquiuocū ens tennis vox non fuiſſet habuiſſetq; in ſe ſubſiſtentiam vt animal, rectiſſime de eo poterat neceſſariū indeter-

minate prędicari. ¶ Prętereà. Quādocunq; volumus rem aliquam ſignificare, per rectum caſum, ſignificare ſolemus ſic. homo equus. Quando autē eci ipſius partem aliquam, aut qđ circa rem eſt, per genitiuū. Si enim dixero Socratis. Certe vel mēbrū eius aliqđ ſignificari volo, vt manus, caput, vel eorū quę circūſtant aliqđ, vt librum, domum, & eiuſmodi. Si itaq; dixiſſet Porphyrius per rectum caſum ſic τὸ ὂν ἀναγκαῖον ἐστι. Rem plane ipſam ſignificaſſet. Sed quū dixerit ὄντος ἀναγκαίου per genitiuum, certe vel partem rei, vel aliquid eorum quę rem circūſtant ſignificauit. Cuilibet autem parti eorum quę circa rem ſunt ęquiualet neceſſarium. verbi cauſa. homo idē atq; aliqđ animal, & manus idē atq; aliqđ membrū in homine. Quāuis ergo propriā quis dixerit ens ſubſiſtentiā habere, non tamen redarguendus iccirco Porphyrius qđ fecerit de ente neceſſarium tanq̃ de ęquali ęquale prędicari. ¶ Demonſtrabimus adhuc alia rōne, ens neq; ſupradictorum neceſſarij poſſibilis & cōtingentis, neq; ſubſtantię accidētis ac reliquorum prędicamentorū, poſſe eſſe genus hoc modo, in quibus aliquid prius eſt ac poſterius, qđ communiter de his prędicatur non eſt genus. Genus enim ſpecierū eſt genus. ſpecieſq; ipſe eodem tēpore per ſe ſubſiſtūt: accidens vero poſterius eſt ſubſtantia, quoniā in ea exiſtit poſterius, & eo qđ poteſt eſſe contingens, quoniā in eo habet exiſtentiā. De his igitur ens vt genus nō prędicabitur vniuocę, ſed ęquiuocę. Appareat ſane inquiet aliquis in his prius eſſe ac poſterius, vnde nam id manifeſtum erit, exiſtere in ſubſtātia accidens & in eo qđ poteſt eſſe cōtingens: non inexiſtent. Dimotis nāq; ſubſtantia & poſſibili, dimouebuntur & cū accidenti contingens, ſed ſemotis ab ente in quibus non ſubſiſtit ſpeciebus, ſubſtantia & poſſibili, non ſemouebuntur & reliquę. non enim corrupta ſpecie canis aut equi, corrūpentur & cęterę hominis, equi, bouis, cameli, & id genus, aliorū. Demonſtrata igitur eſt alienę quęſtionis abſurditas ac ſolōnis noſtrę ꝑcinitas. ¶ Verū enimuero adhuc principium rurſus dānantes dicerent ſic. Si ens ęquiuocum, ęquiuocum autē indefinitū, ens igit̃ indefinitum, ac non oportet principium ab indefinitis fieri. male igitur. Rńdebimus ens non dici debere ęquiuocū, ſed ab vno aliquo, velut a medicina. Medicinę dicimus librum, & medicinę potionem. Quid autem ſit ęquiuocum, quid vniuocum, quid ab vno aliquo aliquid eſſe, in ꝑdicamētis dicemus. ¶ Quā vero ob cauſam ens prępoſuerit neceſſario. Tribus factum eſt cauſis. prima vt qđ vniuerſalius eſt ꝓponeret, ſecunda ꝓpter elocutionis elegantiam, ſi enim dixiſſet ἀναγκαίου ὄντος non ſic ſonora fuiſſet locutio, ob hiulcę orationis vitium qđ κεχηνὸς vocatur, poſtremo vt a generaliſſimis principiū ſumeretur, ab his enim ſemper inchoandū. ¶ Quęrent ꝓterea cur non dixerit bonū aut vtile, ſed neceſſariū. ¶ Dicemus, q; hęc duo bonū & vtile adhęrent ſibi mutuo. continētur q; a neceſſario, bonum enim, id eſt qđ ꝓpter ſeipſum expetitur, vt felicitas, virtus, vtile vero qđ propter aliud, vt diuitię, quę ſi adſit, non penitus ſaluam rem faciet, ſi abfuerit non corrumpet, veluti hęc toga. Neceſſarium autem duplex. vel quod propter ſeipſum expetitur, nihilq; differt a bono, vt ſanitas. vel qđ expetitur ꝓpter aliud, nihilq; differt ab vtili, vt venę laxatio, & potio medicinę. Primo igitur ſignificato quinque vocum neceſſaria cognitio eſt, quoniā nobis, tum ad prędicamēta, tū ad logicam methodum confert. ¶ Dicit̃ autem hoc neceſſarium ſex modis. Neceſſarium vt materia ęris ad informandam ſtatuam. Neceſſariū vt rationale in hominibus. Neceſſariū qđ propter ſe fugiendū, ꝓpter alterum vero expetendum, vt venā incidere. Neceſſariū qđ propter ſe eſt expetendū vt ſanitas virtus. Neceſſarium qđ ꝓpter ſe neq; expetendū, neq; fugiendū, vt ſunt quędā pharmaca. Neceſſarium poſtremo qđ propter ſe & propter aliud eſt expetendum. Veluti eſt hic liber.

Cur ens ipſi neceſſario prępoſuerit tribus de cauſis factū fuiſſe cōſtat.

Cur bonum aut vtile non dicit quū neceſſariū dicit. Solutio.

Neceſſarium duplex ſ quoq; ſupra.

Sex modis neceſſarium dici pōt.

¶ PRÆFATIO. CAP. PRIMVM.

Cum ſit neceſſarium Chryſaori & ad eam quę eſt apud Ariſtotelem prędicamentorū doctrinā noſſe quid ſit genus, qđ differentia, quid ſpecies, quid proprium, & quid accidens: & ad diffinitionum aſſignationem, & omnino ad ea quę circa diuiſionem & demonſtrationē ſunt: vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione. cōpendioſam tibi traditionē faciens: tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea quę ab antiquis dicta ſunt aggredi, altioribus quidem quęſtionibus abſtinens, ſimpliciores vero mediocriter coniectans.

ARISTOTELES In prędicamētis de generaliſſimis decē vocibus quū pertractaret, ſeparauit eas a differētijs & proprijs, atq; harum quinque vocum ab eo illic mentio habita. Intelligere igitur qđ ſit genus, dīa, ſpecies, propriū, atq; accidēs, ad faciliorē illarū intelligētiā neceſſarium. Vtitur ſūt Porphyrius [et] cōiunctione, q̃ non ſolū ad Ariſtotelis ꝓdicamenta confert, ſed ad ea quę ipſe inferius narrat, q̃q; nōnulli interꝓtentur /et/ dixiſſe, & ad Ariſt. ꝓdicamēta, & ad ꝓdicamēta Architę vtilē harū quinque vocum cognitionē, ſed iſta dicere mihi eſt abſurdum. ¶ Quare autem ꝓpoſuerit genus dīę ac differētię ſpeciem ſuo loco demōſtrabimus. Nunc vl̃r de oībus pauca dicamus, de genere, dīa, ſpecie, proprio & accidenti. Non enim ob re quiſpiā rogaret, cur in eum ordinē ſic redegerit has voces Porphyrius: neq; enim videri vllo modo dz, temere id factum. ¶ Huius nos rei cauſam, paulo altius ab initio repetamus. Intelligēdū in oībus rebus quędam eſſe vl̃ia, quędā particularia. Quum vero corrumpi & quaſi aboleri particularia neceſſe eſſet, excogitauit nā generalius quōdā qđ oīa cōplecteret̃ genus, & qđ vniuſcuiuſq; rei formam cōſeruaret ſpēm. ſed quo res planius itelligatur, ordine omnia exponemus, atq; vnūqđq; tanq̃ in exēplo demōſtrabimus Socratē, Platonē, ac cęteros particulares hoies ſilr, & flauū, maculoſum, hunc equū & illum vocarunt Phi particularia ſiue indiuidua. Porro quę particularia ipſa cōprehenderēt, vt vl̃is homo & vl̃is equus, vocarunt ſpecies. Quę rurſus ſpecies, appellauerunt genera, veluti aīal, qđ cōtinet vl̃em & hominē & equū. quę vero media eſſent, inter ſpecies & genera, dixerunt differentias, vt rōnale & irrationale, qđ alterū differre facerent ab altero. Rōnale enī id dicitur, qđ mentis iudicio ducitur ac ratione, vt hō, & dęmon. Irrationale vero qđ iudicio, ac rōnis eſt expers, vt equus, bos, & ſimilia. Erūt q; particularibus vl̃iores ſpecies, ſpeciebus dīę, differētię genera. Animal enī diuiſum cōtinebit, rōnale & irrōnale, rationale ꝯplectetur

Dubitatio.

Solutio.

Quid genus ac ſpecies.

Quid dīa ac rōnalitas & irrōnalitas.

Quid propriū

tur hominē ⁊ dęmona. hō Socratē ⁊ Platonē. ¶ Pręterea id qđ alicui ſpēi videbat̃ ſemper hęrere, vt homini riſibile, ⁊ equo hinnibile, placuit vt diceret̃ propriū, qđ ꝓprietatē ſuā, intra vnā dūtaxat ſpēm cōtineret. id vo qđ abſq; vllo detrimēto videbat̃ poſſe ab eo cui accide

Quid accn̄s.

rat dimoueri, vt albū nigrū ſtare, ⁊ ſedere, accn̄s nuncupatū, hęc vo noīa, non vt grāmatici vocabula, aut iuriſcōſulti ⁊ oratores verba, ſed generalius voces appellauere. Quarū alię quidē ſubſtātiuę, alię vo adiectiuę, ħ eſt alię ſubſtātię cohęrent, alię inducunt̃, cohęrent ſubſtātię/genus/dĩa/⁊ ſpēs/inducunt̃ ꝓpriū ⁊ accidēs. Vñ non immerito dicta a noſtris ſubalia, qm̄ ex his ſua cuiuſq; aialis ſuba ſigiat̃, ac eorū vnūquodq; fit particeps. exēplicā, Socrates quā homo particeps erit ſpēi, q̄ rōnabilis eſt, dĩę, quā aial gn̄is. Et ꝯ Alexandri bucephalus quā aial gn̄is, quā irrōnabilis dĩę, quā vo equꝰ ſpeciei. Reliqua vo propriū atq; accn̄s ſup ſubalia ſiue inhęrētia, qm̄ in ſubiectę ſubę rōnes non trāſferunt̃. Propriū tn̄ ꝓximius, accn̄s remotius, illud eniz ſemꝑ in ali

Accn̄a ſeparabilia dr̄ qđ a ſubto re ſeꝑari pōt nedū cogitatōe quū ſubm ab eis non depēdeat ſed ecōuerſo.

quo inexiſtet, ħ vo inibi erit, inibi non. Vocataq; etiā ſunt ſeꝑabilia, qđ ſeꝑari a ſuba poſſint per cogitationez abſq; vllo, vt diximus detrimēto. Oporteret enim aliter nigros, non eſſe hoīes, ac ſi quis ridēdi poteſtatē abiecerit, ab humanis actionibus oīno tanq̄ ſibiipſi imortuus vacare, quo nihil abſurdius. En igit̃ quo proceſſit ordine Porphyrius, ꝓpoſuit ea q̄ cohęrēt, his q̄ inducūtur, rurſus ex his q̄ cohęrēt, ꝓ loco ſtatuit genus medio collocauit dĩā, poſtremo ſpēm, genus enim vlius dĩa, dĩę vo ſpē. Ex his itē q̄ inducunt̃, ꝓximius ſubię ꝓpriū

Dubitatio.

accidēti ꝓpoſuit, remotiori. ¶ Sed ꝑcunctabit̃ hoc loco aliquis. Si generi ⁊ ſpēi opponit̃ accidēs, cur ergo in ge

Solutio.

nera ⁊ ſpecies diuiſum? ¶ Dicemus, aliud eſſe quū res ꝑ ſe intelligunt̃, aliud quū reſpectu ad alterū. Qđ enim ꝑ id ſolū quo res eſt, rem intelligimus dicemus vel eſſe ſubam, vel quantitatē, vel eiuſmodi. At vo qn̄ reſpicimus ad prędicamēta poſt ſubam, non vt per ſe exiſtāt, ſed vt illius egeāt ad ſubſiſtentiam, accidētia nūcupabimus. Itē in oī ꝑdicamēto eſt (ſi longius ꝓſpiciat̃) ⁊ vle magis, ⁊ particulare minus. Ex quo minus particularia differunt a magis vlibus. hęc quę vocamus genus, ſpeciē, ⁊ dĩā, vt demōſtrauimus, idē igit̃ alio atq; alio mō ꝯſideratū poterit eſſe ⁊ ſuba ⁊ accn̄s. Poterit ⁊ diuidi, in genera, in ſpēs, ⁊ in dĩas ſm̄ aliā atq; aliam ꝑdicamentoꝝ rationē. [Quūq; ad diffinitionū traditionē ⁊ oīno ad ea quę ad diuiſionē ⁊ demōſtrationē pertinent. vti

Aliꝰ modus Platōis aliꝰ Ariſtotelis ī dialectica.

lis horū ſit contēplatio.] ¶ Intelligendū hoc loco aliā Ariſto. aliaz Platonis eſſe dialecticā. Ariſto. eniz probabiles opiniones quinque modis ſectatur, quēadmodum in Topicis diſſeruit. Plato autē quatuor per diuiſionē, diffinitionē, demōſtrationē, ⁊ reſolutionē. Neceſſaria igitur harū quinque vocū cognitio ad Ariſto. prędicamēta, ⁊ vtilis ad dialecticā Platonis, immo ad omnez phīaz rationalē, cuius quatuor dūtaxat ſunt partes, diuiſiua, diffinitiua, demōſtratiua, ⁊ reſolutiua. Huius vo loci ſenſus latēter ſic intelligendus, ac ſi diceret Porphyrius. hunc libellum non modo ad alioꝝ Phōꝝ ſcripta cōferre. verū ⁊ ſi nulla prorſus extarent ſcripta, certe ad nouā quādam rerū olim inueniendarū rationem, vtilē futurū, ſed ſuo ordine vnūquodq; breuiter expo

Diuiſionis ꝓpriū.

namus. Diuiſiuę partis propriū eſt, propoſitū genus recte in ꝓprias dĩas diuidere ſic. Animal rationale ⁊ irrationale, mortale ⁊ immortale, nō autē ſic. Animal eſt aliud homo, aliud equus, aliud hoc ⁊ illud. Similes enī ſunt qui ita dicunt (vt ait Plato) coquis male ſecātibus fruſtra obſonioꝝ, hoc eſt imperitis rudibuſq; hoībus.

Plato c diuid' hec forma diuidentes ſimiles ſunt coquis.

Diffinitiōis

Diuiſiua eſt prior ē natura diffinitiua ⁊ eā conficit.

Diffinitiuę autē propriū eſt vnicuiq; rei qđ ſuum eſt aſſignare. Pręcedit autē diuiſiua, qm̄ natura prior eſt ⁊ q̄ maxime conficit diffinitiuā. diffinitiones enim oēs ex genere fiunt ⁊ cōſtitutiuis differentijs. vt g. hominez qs diffinire volens, ex generis diuiſione excerpet quę pertinebunt ad diffinitionē hoc modo. animal diuiſum eſt in rōnabile ⁊ irrationabile, mortale ⁊ īmortale. dicet̃ igitur hō, animal rōnabile mortale.

Demſtratiue. Demſo plātonis ī Phędro de aīe imortalitate.

Demōſtratiuę proprium eſt ex ꝓpria ſubſtantia rem oſtēdere, non veluti ſolent oratores authoritate perſonarū ⁊ teſtium eſtimatione, ſed vt Plato qui quū vellet in Phędro demōſtrare imortalē eſſe animam ex eius ipſius ſubſtātia ſic rōcinatus eſt, aīa ex ſe mouet̃, qđ ipſum ex ſe mouet̃, mouetur ſemper, qđ mouetur ſemper immortale, aīa igit̃ immortalis, Hęc eſt vera demonſtratio, ſic ſunt res diffiniēdę. hoc ſit ⁊ noſtrarū demonſtrationū perpetuo nobis exemplū, verę quidē demonſtrationes fiunt ex diffinitionibus, at qui diffinitiones rei naturaz oſtendunt. Demōſtrationes igit̃ ex ipſa rerū natura eſſe debebūt, non ex his quę extrinſecus haud neceſſario cōſecūtur, Iure igit̃ ⁊ tertiū ordinez ſibi vendicauit demōſtratiua, hęc ſi quidem diffinitiuę auxilio eget, illa diuiſiuę.

Reſolutiōis propriū.

Reſolutiuę autē propriū eſt, ꝯpoſita reſoluere in ſimpliciſſimas ex quibus conſtāt partiū rationes, vbi grā, apud grāmaticos. oratio in dictiones, dictiones in ſyllabas, ſyllabę in literas ⁊ elementa, apud Phōs vo eos qui rerum naturaz indagant̃. Homo in caput/manus/pedes/carnē/oſſa/neruos. Hęc rurſus in quatuor elemēta, elementa vo in materiā ⁊ formam. Item ⁊ apud logicos, ſyllogiſmi in enūtiationes quę ⁊ ꝓpoſitiones dicuntur. Enūtiationes in terminos quēadmodum in analyticis docet Ariſto.

1ª diuiſiua. 2ª diffinitiua 3ª demſtratiua 4ª reſolutiua Ex qbꝰ cōſtet demſtratio.

Iure ergo prima omniū diuiſiua. ſcđa diffinitiua. tertia dmōſtratiua. quarta reſolutiua. ¶ Facta autē mentio illarū dūtaxat triū, qz ad illas potiſſimū vtilis hic liber. Demonſtratio enim omnis, fit ex diffinitionibus, diffinitiones ex diuiſionibus, diuiſiones vo fiunt ex generibus in ſpecies diductis per proprias differentias, de quibus in eo diſſeritur. Item/quia tres illę ſunt inter ſe adalligatę, nec ſeiungi poſſunt. Diffinitiua eget diuiſiuę. demonſtratiua vtriuſq;. reſolutiua vo nullius. eſtq; cōtraria diuiſiuę. Soluit enim illa vnū in plura, vt diximus. hominez in mēbra, mēbra in humores, humores in elemēta, elementa in materiā ⁊ formā. Hęc vo ex pluribus deſinit in vno ſic, animaliū, aliud bipes, aliud quadrupes, bipedum aliud ſenſu ſolo agitur, aliud ⁊ ratione. Quod ratione agitur, homo.

Diuiſio.

Item/qz qui diuidit progreditur a ſimplicioribus ad cōpoſita, qui vo reſoluit a cōpoſitis ad ſimpliciora.

Reſolo.

Itez/quia qui reſoluit ꝯtrarius ei qui diffinit, ille enim demolitor eſt ſubſtātię hic fabricator. Itez/quia ſi cōtraria diuiſioni reſolutio, eſt ⁊ diffinitioni, ſiquidē, vt dictū eſt, diffinitio ſine diuiſione fieri non poteſt. Quinetiā ⁊ demonſtrationi quę nō niſi ex diuiſione ⁊ diffinitiōe cōſtabit.

Habitu tm̄ reſolo ac cōpoſitio dfnt.

Qđ autē reſolutiuā prętermiſerit, nihil id quidē refert. Nāq; veluti decliue idem eſt atq; accliue, nec differunt niſi ſolo habitu, ita ⁊ reſolutio eadē ac cōpoſitio, tn̄ habitu differentes, quādo enim a primis principijs aſcenditur ad ſuprema, ideſt ꝯpoſitio. quādo vo a ſupremis deſcenditur ad prima, ideſt reſolutio.

Cōpoſitio.

Itez cōpoſitio ex ſimplicibus terminatur in re ipſa ꝯpoſita. Reſolutio ex cōpoſitis in re ſimplici, cōponimus eniz res ſimplices. reſoluimus cōpoſitas, nam quis in re tenui ſoluenda labor? Et quū compoſitum aliqđ reſoluimus, in plura id certe reſoluemus. Falſuz num igitur illud eſt, qui compoſituz reſoluit, in vnum ſimplex reſoluere? Nequaq̄.

at proxime accedit magis ad veritatem, dicemus tamē
reſolui compoſitum in plura cōtinua, ꝛ qđ vltimū erit,
reſolui in vnū. ¶ Sed ſciendū ſimplex in plura compo
ni, non aūt amplius reſolui. vltimū vero cōpoſitū reſol
ui in continua plura, non autē amplius in ſupremū vnū
componi. ¶ Qđ vero diffinitionē quę poſterior eſt, prę
poſuerit diuiſioni, ne quid dubites, dicemus. Primum
quidē nihil prohibere, quin in ſubiecto quę libuerit or
dinare noſtro arbitrio poſſim⁹, deinde quę ad nos prius
eſſe compoſita ex diffinitione cognoſci, atqꝫ iccirco nō
irrationabiliter diffinitionē diuiſioni prępoſuiſ. Reſo
lutionē autē vt diximus ideo fortaſſe prętermiſit, quod
eadē videbaẜ ac cōpoſitio, ratione ſubiecti, ratione vero
habitus, minor. [Horum contēplatio] .i. cognitio. So
lent enim cognitionē ipſam Phi vocare contēplationē.
[Compendioſaꝫ tibi traditionē conficiens, breuiter in
introductionis modū quę ab antiquioribus tradita ſunt
adducere tentabo.] Eſt nāqꝫ ꝛ alia compendioſa tradi
tio quę gratia cōmemorationis fieri ſolet per capita re
rum, eaqꝫ vehementer eſt ꝛ cōciſa ꝛ breuis, atqꝫ iccirco
dixit in introductionis modum. [Ab altioribus quidē
Tria fere perterrentia adoleſcentes.
quōnibus abſtinēs.] ¶ Tria ſunt quę pigriores efficiūt,
ac deterrent adoleſcentulos a ſcriptis aliorū. prolixitas
operis, obſcuritas orationis circa verbor interpretatio
nem, ac profunditas ſententiarum, a quibus omnibus,
quaſi alliciens ad ſe auditorē Porphyrius, libellū hunc
ſuum longe abeſſe oſtendit, non fore prolixiorēꝫ ſigni
ficat, quū dicit [breuiter] dictionis obſcuritatēꝫ non ha
biturum, quū dicit [in introductionis modum.] quū au
tem dicit. [Ab altioribus quidem abſtinens quōnibus.]
declarat eum prorſus cariturū pꝛofunditate ſententiarū.
Iteꝫ quū dicit [ſimpliciora] oſtendit facilitatē, quum di
cit [mediocriter cōiectans] docet dictionis breuitatē ac
Ad amicum ſuum.
modum. [Simpliciora vero mediocriter coniectās.] nō
ad rem ipſam retulit. Phor enim eſt omnia per certam
ſcientiam ac non per coniecturas demonſtrare, ſed ad
chryſaorium, ac ſi diceret perſequens chryſaori ea quę
maxime videbuntur ad te inſtituendum pertinere. Naꝫ
vt dixi quod docent Philoſophi, non per coniecturas
docent, ſed per veras demonſtrationes.

¶ Mox de generibus ꝛ ſpeciebus, illud qui
dem ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis intel
lectibus poſita ſint. Et ſiue ſubſiſtentia cor
poralia ſint, an incorporalia. Et vtrum ſepa
rata, an in ſenſibilibus poſita: ꝛ circa hęc cō
ſiſtentia, dicere recuſabo. altiſſimum enim
eſt huiuſmodi negotiū: ꝛ alterius maioris
egens inquiſitionis.

¶ Pollicitus fuerat cōpendioſam Porphyrius ſe factu
rum diſciplinam, aperta dictione vſurum, ꝛ profundio
res quęſtiones poſthabiturum. Ne quis autem diceret,
non eſſe profundam ſatis de his rebus quęſtionem, vo
Di ...
luit ex his latenter nobis ſignificare, id ita eſſe. ¶ Sed
age, quo res ipſa manifeſtius intelligatur, breuiter pau
ca dicamus. Rerum omnium quę ſunt, alię perſiſtunt,
alię in ſola notione inſunt, earum quę perſiſtūt, alię cor
porę, alię incorporę. Incorporearum, alię a corpori
bus poſſunt ſeparari, vt rationalis anima ꝛ dęmon, alię
non poſſunt, vt albedo/nigredo/ꝛ brutorū animę. Ea
rum rurſus q̄ per ſe in noſtra notione inſunt, alię prius,
alię poſterius, in anima genitę, rerum omniū alię per
ſiſtunt, alię in notione noſtra inſunt, quę intelliguntur
ꝫ perſiſtunt, quę non intelligūtur, nequaꝗ. Sed ceſſan

te notione ceſſant ꝛ ipſę, vt hippocentaurus, hircocer
uus, ꝛ eiuſmodi. Non enim tales vſquā extant, ſed vidē
tes ꝛ equum ꝛ centaurum conformamus ipſi nos cogi
tatione noſtra quoddam ex vtroqꝫ compoſitum quod
diceẜ hippocentaurus. Similiter ex hirco ꝛ ceruo ima
ginabimur compoſitum quoddam quod dicetur hirco
ceruus. qui ꝛ vere erit hircoceruus. ¶ Neqꝫ eniꝫ audiē
dus Antiſthenes, qui ponebat genera ꝛ ſpecies rerum
in nudis notionibus. Equū inquiens video, equinitatē
non video. hominem video. humanitatem non video,
vir ſolo vix ſenſu viuens bruto. non poterat ſeſe altius
attollere, neqꝫ quicquaꝫ aliud q̄ quę ante oculos humi
ſtrata eſſent intueri. ¶ Rerū quę perſiſtunt, alię corpo
Aliorꝫ opīo.
rę, alię incorporę. Negabant hoc alij, alij affirmabāt.
eorūꝫ qui affirmabant, alij iſti dicebant eſſe corporeas,
alij tantū incorporeas, qui dicebant corporeas, in ea ip
ſa opinione omnes permanſerunt, qui incorporeas, quū
incorporearum rerum alię vt dictuꝫ eſt per ſe perſiſtūt,
vt dęmon deus. alię in alteris, vt albedo, nigredo, figu
ra, ꝛ eiuſmodi. Aliqui dixerunt per ſe eas exiſtere, ali
qui in his q̄ ſenſibus perciperentur ineſſe. ¶ Rurſus,
poſtquaꝫ hęc quę ſunt in his quę ſenſibus percipiuntur
corpora, vel penitus cōmiſcentur, quemadmodum in
ceruſſa albedo, vel ſuperficie continētur ſola, quemad
modum ſphęrica figura, aliqui ea penitus cōmiſceri aſ
ſeuerabant, aliqui in ſuperficie ſola apparere. Cęteri ꝛ
circa ea contineri quę ὑφεστῶτα vocantur. nos circū
ſtantias dicere poſſumus, loco ac tēpore. Tales igitur
quum fuiſſent de hac re diuerſitates, potis quidem erat
Antiſthenis opinio.
de generibus ꝛ ſpeciebus vt quęreretur, ſint necne. Et ſi
ſint, an in ſola notione permanerent. Quemadmodum
Antiſthenes opinabatur, qui tamē quum deprehendiſſet
perſiſtentia eſſe, inueſtigare amplius non potuit corpo
rea ne eſſent an incorporea hęc quę perſiſterent. quādo
quidem alteram diuiſionis partem abnegabat, ſed fac
quo vis modo deprehenderit incorporea ea eſſe, non po
tuit iam rurſus inueſtigare, an inſeparabilia prorſus eſ
ſent a materia, an cēnt in multis, an ꝛ poſſent a materia
Exēplū vulgatiſſimū ac notatione dignum.
ſeparari. ¶ Veruꝫ quo hęc ipſa manifeſti⁹ intelliganẜ,
tanquam exēplum ſubijciamus. neqꝫ enim temere atqꝫ
imprudenter hoc dictuꝫ videri debet, res quę exiſterēt,
alij corporeas eſſe dicebāt, alij vero incorporeas. Rōna
biliter quidem vtriqꝫ, neqꝫ ob id inter ſe cōtrarij. neutri
a veritate diſſentiunt, hoc pacto. Intelligatur annulus q
inſculptam habeat alicuius imaginem, ſorte Achillis.
Intelligātur ꝛ cerulę multę diſpoſitę, quę ab annulo cō
primantur. mox ꝛ ſuperuenies aliquis videat ceruleas,
vbiqꝫ animaduerterit, ſcieritqꝫ omnes eiuſdem annuli
impreſſione formatas, contineat apud ſe in mente illaꝫ
annuli impreſſionem. Sigillum illud annulo inſculptū
dicetur ante multa. In ceralis vero efformatum, in mul
tis, qđ vero in illius qui ſuperuenerat mente continetur.
ſuper multis, ac poſterius genitum, hoc idem intelliga
In toto mūdo oēs ſūt ſpēs caꝫ ei⁹ cēnt̄ ſit cū pducendi res ſꝫ gradā ſpēm ō ǝ ſpēs q̄ ſūt ac cidētia cuꝫ ſ̄ penes⁹ ſunt im poſſibilia.
tur in generibus ꝛ ſpeciebus. Opifex eniꝫ rerū deus, re
rum omnium penes ſe ſpecies habet, quas diuinus Pla
to, ἰδέας, appellauit, faciensqꝫ homineꝫ, habet penes
ſe ſpeciem humanaꝫ, ad cuius exemplum omnis homi
nes facit. ¶ Sed inſurgent protinus ſophiſtę pernegan
do vllas eſſe ſpecies apud opificem, ſed audiant hęc.
Aut cognoſcit opifex quę a ſe fiūt aut non cognoſcit, ſi
non cognoſcit, nihil quidem fiet, ſi quidem nemo face
re poteſt quę ignorat, neqꝫ enim dicendum irrationabi
li potentia agere, ſicuti naturam. ſi cognoſcit ꝛ vt par eſt
certa cum ratione agit. fatendum quideꝫ erit pręcogno
ſcere eum quę facit. ſi pręcognoſcit, negari certe non po
teſt,

teſt, ineſſe in rerum opifice rerum ſpecies. Sunt autē huiuſmodi ſpecies in opifice, veluti in annulo typus ac ſigillum Achillis. diceunturq; ante multas, ⁊ a materia ſeparatę. ſpecies autem ſingulo ꝝ hominū, veluti cerulę ſigillo efformatę. dicēturq; in multis ⁊ a materia non ſeparatę. ut ſpecies illas quā in ſingulis hominibus eandē eſſe vidētes, colligimus in mēte, veluti ꝗs qui ſuperuenerat, ſuper multis ſiue poſt multas ⁊ poſterius generata. poteritq; ⁊ a materia ſeparari ⁊ non ſeparari, ſeparari qꝛ in animo exiſtit non in corpore. Non ſeparari, qꝛ per ſeſe penitus ſe moueri non poteſt, quēadmodū ſpecies quas poſuit Plato. Non enim voluit, vt diſcipulus Ariſtoteles opinatus eſt, ⁊ pleriq; omnes peſſime interpretantur. Spēs eas ſimpliciter eſſe intelligentias, ſed quaſdam tantūmodo eſſentias intelligibiles, quas tanꝗ; pictas tabellas inſpiciens mūdi opifex, inferiores has ſpecies facit. Hęc itaq; Porphyrius quęrere īcorporeę ne ſpecies ſeparentur a materia, vt quę ſunt in opifice, an non ſeperētur, vt quę ſunt in multis, an ſint poſt ea quę ſenſibus percipiuntur, hoc eſt ſuper multis, protſus inquit recuſabo. ℭ Sciendū eſt aūt in his videri Ariſtotelem ac Platonem non conuenire, Ariſtoteles eas dixit nō ſeparari poſſe a materia. Plato ꝟo ſeparari. Differant autem inter ſe Philoſopho ꝝ opiniones vel non differant, non eſt hoc loco diſputandum. Mihi quidē Ariſtoteles videtur, non niſi naturaliter eas intellexiſſe. diuinus autem Plato, diuine.

Nota philoſophi dictū.

Differētia inter Platonē et Ariſto.

Cōcordia inter tantos viros.

Alia ſiue ſpecies mauis/ſi ſepanē a ſingularib⁹ ſm rē exñtes vt poſit Latini vt Ar. ſm ſub/ ſtantiā: qꝛ ſūt i ſingularib⁹/ſꝫ ſepantur prꝫter ſingularia eo qꝛ nos actu vel po⁹ illas ſcl/ ligimus vlr ꝫ rōnes reptas manifeſtas nec in hoc diſcre pat diu⁹ Plato ab Ariſt.

ℭ Illud ꝟo quemadmodum de his, ac de propoſitis magis logice antiqui tractauerunt, ⁊ horum maxime Peripatetici: tibi nunc tentabo monſtrare.

ℭ Pollicitus fuit Porphyrius libellum hunc fore vtilē ad Ariſtote. prędicamenta, idem ⁊ nunc confirmat. dicit eniꝫ ſe de his non theologice, aut naturaliter, ſed potius logice locuturū. ℭ Logices ꝟo quę modo rōnalis modo ſermocinatiua dici poteſt, tot ſunt ſpecies, quot ⁊ modi ſermonum, ſermonū autē modi plures. Enuntiatiuꝰ, Optatiuus, Vocatiuus ſiue compellatiuus, Imperatiuus, Interrogatiuus. Sunt ⁊ alij plures, ſi diligenter inſpexerimus, ſed ad cōmemorandū non neceſſarij, non enim de omnibus hic agitur, ſed de ſolo enuntiatiuo, quippe qm̄ is ſolus eſt intellectiuę animę nuntius. reliqui concupiſcibilis. nam qui optat alicuius rei voto optat, ⁊ qui vocat alicuius rei cupiditate vocat. Similiter ⁊ qui quouis modo quēpiam alloquit̄. Item quoniā is vel olno verus eſt, vel falſus, veluti quum dicit̄ animo mortalis eſt. hic nāq; vel veritas ineſt vel falſitas. reliqui ꝟo neq; veritatem oſtendunt, neq; falſitatem. ℭ Enūtiatiuus autē ſermo eſt ille, qui rem vel eſſe vel non eſſe oſtendit. Cōtinetq; in ſe duo, ſuppoſitū ⁊ prędicatum. Suppoſitū eſt id de quo fit ſermo. Prędicatū ꝟo qđ de eo ipſo dicitur, vt homo eſt animal. homo eſt ſuppoſitum, animal prędicatum. Itē anima eſt immortalis, anima eſt ſuppoſitum, immortalis ꝟo prędicatū, λογικωτερὸν. Poſſumus quidem de generibus ⁊ ſpeciebus theologice loqui vt quum quęrimus ſic. Habet ne apud ſe generum ⁊ ſpecierum cōphenſionē deus an non? Item ſic. Vtra nam verior eſt opinio Platonis, qui dicit ideas intelligibiles per ſeſe exiſtere, ac vere primas eſſe eſſentias. an Ariſtote. qui id ſedulo pernegat. poſſumus item ⁊ naturaliter ſic. Fortaſſis generū ac ſpecierum natura rōnes hꝫ, non eniꝫ quo modo nix per ſe frigefacit, ac per ſe ignis adurit, ita videri ⁊ eam ipſaꝫ ꝑ ſe temere, atq; inconſulto agere, ſed ratione potius, ⁊ ſi quę agit minime intelligat, fortaſſis non habet. Itē ſic. Vtruꝫ ſimpliciter vlē animal ⁊ vniuerſalis homo dicatur eſſe in multis, an non? Vtrum cōmunis quędā ſubſtantia poſſit in ſingulis cōſiderari quuꝫ qđ ſic conſideratur diuidi minime poſſit, an non? Poſſumus poſtremo ⁊ logice de ijſdem ſic. Quę quibus ſupponant̄, quę de quibus pdicentur. Prędicātur quidē genera de differentijs ac ſpeciebus, ſed non ꝯcontrario, ita nāq; coordinata inter ſe ſunt, vt ordinē nunquā cōmutent, primo quidē genus, ſecūdo ſpecies, medio differentia. Et oportet quidē ſuperiora prędicari de inferioribus, ac nō de ſupioribus inferiora. Si enim dicamus, olſ homo alal, verū dicemus, ſin cōuerterim⁹ omne aial homo. falſuꝫ, qm̄ ſubiectū eſt inferiori qđ erat ſuperius. Item ſi dicemus ſic, omnis equus irrationabilis veri quidem erimus. ſin ꝯcōtrario ſic, omne irrationabile equus, mētiemur, nam irrationabile hic non debuit eſſe ſuppoſitum equo, quēadmodum neq; homini, vt dictū eſt, animal. ℭ Quū igitur logice enuntiatiua potiſſimuꝫ ſpecie ꝯtineretur. Enūciatio omnis ſuppoſitoq; ꝯſtaret ⁊ prędicato. Suppoſitū autē ⁊ prędicatū haberi ſine generuꝫ ⁊ ſpecierū cognitione nō poſſent, generaq; ⁊ ſpecies pluribus modis cōſiderarentur. De his inquit, λογικωτερὸν, hoc eſt vt logici potius cōſueuerunt pertractabo, non aūt vt theologi aut nāles. ⌊ Illud aūt quēadmodū de his ac ꝓpoſitis, λογικωτερὸν, antiqui ꝑtractarūt. ⌋ Logice ꝑtractare ꝓprie dī rerū accidētia quęrere, nāliter, rerū ſubſtātias indagari. Theologice ꝟo, vnde olā fluxerint, vnde res principiū habuerint perſcrutari. Naturaliter igit̄ de generibus ⁊ ſpeciebus ac reliqs tractare, vt iam diximus eſt quum de his quę in ſenſibus ꝑcipiuntur quęrimus, quēadmodū Ariſt. Theologice autem qnū quę in opifice ſunt perſcrutamur, quēadmodū in Parmenide diuinus Plato. Logice ꝟo eſt, quuꝫ enūtiatiuas rōnes inueſtigamus, quēadmodū in hoc libro Porphyrius. In omni autē enuntiatione ſunt ſuppoſitū ⁊ prędicatum. Suppoſitū aūt ⁊ prędicatū omne aut eſt genus aut ſpecies aut dr̃ia aut ꝓpriū aut accñs. ⌊ Quēadmodū de his ⌋ generibus ⁊ ſpeciebus. ⌊ Et de propoſitis. ⌋ reliquis tribus dr̃ia, proprio, ⁊ accidenti, vel potius ſic dicens Porphyrius, de his itellexit genus dr̃iā ⁊ ſpeciē, apponēs autē illud ⁊ de ꝓpoſitis, reliqua duo, propriū ⁊ accidens. ⌊ Et horū maxime Peripatetici nūc tibi tentabo monſtrare. ⌋ Phs Porphyrius huius diſciplinę inuentionē non ſibi vēdicauit, ſed ex oibus (inquit) antiquis qui de his ipſis logice pertractarūt, Peripatetici ꝗ maxime diligētes fuere. ℭ Peripatetico ꝝ aūt appellationē hinc ortaꝫ eſſe aiunt. Solebat diuinus Plato in academia frequenter cū familiaribus deambulando ſe exercere, vt per exercitationē quā magnopere cōprobabat, corpus aptius ad alę ſplēdorē ſuſcipiendū efficeret. Artificis eniꝫ opus quale ſit, plerūq; ex inſtrūs dignoſci ſolet. Itaq; ꝗ cum Platone in academia erāt, a deambulando ſunt Peripatetici cognominati. Poſt Platonis ꝟo interitū, Ariſtoteles ac Xenocrates diſcipuli gymnaſio ſucceſſere, Ariſtoteles in Lyceo, Xenocrates in academia. Qui Ariſto. ſecuti Peripatetici ex Lycęo dicebant̄. qui Xenocrateꝫ Peripatetici ex academia. Mox ꝗ cum Ariſtotele erāt, obſoleta loci cognominatione, ex actione dicti ſūt Peripatetici. qui ꝟo cum Xenocrate cōtra, vocabulū ipſum tenuerunt, atq; actionis cognominationē perdidere, vocatiq; Academici. Confecturus itaq; Porphyri⁹, vtpote Platonicus ex his ꝗ̄ a Platone dicta fuerant, cōpēdioſaꝫ inſtitutionē. Scripturuſq; vtilem ad prędicamēta Ariſtotelis libellum. demōſtrabo

Laus virtuſq; Phi.

Plures ſermonū modi.

Sol⁹ enūtiatiuus rē eſſe vel non eſſe oſtēdit.

Enunciatio ois ꝑdicato ⁊ ſubo conſtat.

Vñ Peripatetici nomen ſortiantur.

inquit quẽadmodum de his antiquiores pertractarint, & maxime Peripatetici. [Videtur autẽ.] decẽ ſunt vt iam dictum eſt, generaliſſima genera, ſubſtantia/quantitas/qualitas/ad aliquid/vbi/qñ/ſitus/habitus/actio/& paſſio. Horum ſola ſubſtantia per ſe exiſtit. Reliqua vero tanꝗ ipſius ſubſtantię accidentia, cõueniet tñ hęc ipſa generis deſcriptio his omnibus neq; dixeris qñ conuenire poterit omnibus: quũ inter ſe tantopere differant, quicquid enim accid. rit ſubſtantię, quũ. vz. tanꝗ genus diuiditur in ſpecies. Illud idem accidet & reliquis. Diuiduntur enim & ipſa in ſpecies, tanꝗ genera. Aliudq; eſt conſiderare ea, vt ſubſtantię ſunt & accidẽtia. Aliud vt genera generaliſſima. Quod ipſum eſt cõmune omnibus.

DE GENERE. CAP. II.

Videtur autẽ neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici.

POSTQVAM Et ꝓpoſitũ & libri vtilitatẽ ſignificauit. Oſtendit q; introductionis modũ. quũ dixit ſe ab altioribus qõnib⁹ abſtinere, & faciliores velle conſectari. Demonſtrauitq; quę altiores, quęue ſimpliciores eſſent. Nunc ad ipſam quã ꝓpoſuerat dictarũ quinque vocum inſtitutionẽ deſcendit.

Cur de genere primo.

Ac rationabiliter quidem primũ de genere, tum ꝙ ordinem habuit primum, tum ꝙ plures ſub ſe ſpecies cõphendit. eſt aũt ꝙ̃ ſpecies prius genus per cauſam, quãquã ad aliquid ſunt & genus & ſpẽs, ſed quędã ſunt ad aliqd in quibus alia alijs antiqora, & cauſas dicimus vt filio patrẽ, quatenus homo cãm eſſe, ac primũ aſſerimus, tãetſi ſimul quę ad aliquid ſunt cognoſcant̃ ſeſeq; conſtituãt mutuo qua ſunt aliqd. nã quę ad aliquid referũtur quędam prius ſubſtantię ſint, neceſſe eſt. Cãm igitur ad aliqd relatoꝝ quã pręexiſtentẽ inuenimus vel tẽpore vel natura per cãm antiquiorẽ dicimus. Ergo in patre & filio, pater antiquior eſt, quatenus hõ eſt, qđ ipſum ſubſtantia eſt filij ſubſtãtię cõſtitutiua. ob id igitur patrẽ natu dicimus filio grandiorẽ licet ad ſe mutuo dicãtur. Princeps autẽ ſubdito, & doctor diſcipulo, per ſolam cãm antiquiores, non tẽpore. nam tẽpore poſteriores quãq; ſint ſubdito princeps, & doctor diſcipulo. Idẽ igitur in genere & ſpecie. nã genus & ſpecies ad aliquid ſunt, ipſa vero ad aliquid ſubſtãtię ſint prius neceſſe eſt. Genus vero non erit ꝙ̃ ſpẽs prius per rõnẽ ipſ, ſed per rõnẽ ſubſtãtię cõſtitutiuũ ſubſtãtię ſpeciei. Diuidit̃ .n. genus in ſpecies. Omne aũt diuiduũ & natura prius eſt ꝙ̃ partes, & cõſtitutiuũ. Per ſubſtantię igitur rõnẽ prius genus ꝙ̃ ſpẽs. At quęcũq; per ſubſtãtię rationẽ priora, per cãm ſunt priora. Genus igit̃ ꝙ̃ ſpecies prius eſt per cãm, meritoq; quũ antiquius ſit, ſpeciei & dĩę, ac reliquis ꝓpoſitũ. Simili nãq; ordine & natura vtitur in oĩ generatione. Primo enim ſemẽ ſuſcipiens, vitale facit. deinde ſenſus ꝓbẽs facit eſſe aĩal, deinde aiuz & cõcupiſcentiã, facit irrõnabile aĩal, poſtremo pfectã rõnẽ, & facit hoĩẽ. Per hęc igit̃ rõnẽ genera priora ſunt ꝙ̃ ſpẽs, quia vero mutuo inter ſe habitu in alijs coexiſtũt & dimouent̃ genus & ſpẽs, noĩa tñ.

Dubitatio.

Sed ſi q̃ſitũ fuerit, qre hoc loco de ſpẽ mentionẽ fecerit, ac nõ ẽt de dĩa & reliqs.

Solutio.

Dicemus qđ genus & ſpecies ſunt, vt diximus, ad aliquid. Spẽs enim gñis eſt ſpẽs, & genus ſpẽi eſt genus. neceſſeq; in docẽdo q̃ ad aliqd ſunt, docentẽ alterũ meminiſſe & alterius. Recte igit̃ Porphyrius quũ de gñe loqueret̃, meminit ſimul ẽt ſpẽi. Vtit̃ aũt regula q̃dã Ariſtotelica, quę iubet, eum qui de aliquo ęquiuoco nomine ſub quo plura contineant̃ ſit locuturus, oportere pᵐ, eius ipſius noĩs ſignificationes explicare, deinde in quã ſignificationẽ loquat̃ ꝓmonere. Cõſueuit eniz plerũq; ὁμωνυμία .i. ęquiuocatio, obſcuritatẽ atq; errores ingñare, quũ aliã qui loqtur, qui audit aliã eiuſdẽ noĩs ſignificationẽ accipiã. V. g. ſi de cęleſti cane locutur⁹ dixeris ſic, canis ortu & occaſu fruct⁹ diſcriminat, niſi ꝑus edocueris, de quo cane loquaris. certe ambiguitatẽ facies in animis auditoꝝ. Enumerãdę quidẽ prius erant eius ſignificationes ſic. canis alius eſt terreſtris. marin⁹ alius. alius cęleſtis, deinde dicẽdũ, nũc de cęleſti loquor. qđ idem Porphyrius hic facit. Enumerat quidẽ primus ſignificationes generis, deinde oſtẽdit de quo loquatur. Illud autẽ [videt̃] non ſomnians dixit, ſed ꝙ apparet. [Simplr dici.] ἁπλῶς, ſimpliciter quatuor modis intelligit̃ apud oratores vlr, ἁπλῶς εἰπεῖν, vt vlr dicamus, apud Ariſto. Proprie, ἡ ἁπλῶς γένεσις, ꝓpria generatio ſignificat, itẽ immerito. vt quum dicimus ſimpliciter dñs ſeruũ verberat, hoc eſt indigne, nõ ex merito. Significat & ſimplr, hoc ẽ abſq; perplexitate, vt quũ dicimus ſimplex ſermo verus, ἁπλῶς, igitur hoc loco accipit̃ in poſtremã hanc ipſam ſignificationẽ pro ſimplici & vnica ratione, perinde ac ſi diceret genus quidẽ ac ſpecies pluribus modis dicuntur.

Simplr 4or modis dr.

Genus eniz dicit̃ & aliquorũ quodãmodo ſe habentiũ ad vnũ aliqđ, & ad ſeinuicẽ collectio. Scđm quã ſignificationẽ Romanorum dicit̃ genus ab vnius ſcilicet habitudine (dico autem Romuli) & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam (quę ab illo eſt) cognationem, ſm diuiſionem ab alijs generibus dictum. Dicitur autem & aliter rurſus genus qđ eſt vniuſcuiuſq; generationis principiũ: vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt. Sic eniz Oreſtẽ quidẽ dicimus a Tãtalo habere genus: Hylũ autẽ ab Hercule. & rurſus, Pindarũ quidẽ Thebanũ eẽ genere: Platonẽ vero Athenienſem. Etenim patria principiũ qđdã eſt vniuſcuiuſq; generationis: quemadmodũ & pater. Hęc autem videtur ꝓpriſſima eſſe ſignificatio. Romani enim dicũtur qui ex genere deſcendunt Romuli: & Cecropidę qui a Cecrope, & horum proximi. Et prius quidẽ appellatum eſt genus vniuſcuiuſq; generationis principiũ, dehinc etiã & multitudo eorũ qui ſunt ab vno principio, vt a Romulo. qđ diuidẽtes & ab alijs ſeparantes: dicebamus omnem illam collectionem, Romanorum genus.

Heraclidarũ Hercule.

Dicit primã generis ſignificationẽ, oſtẽditq; id ipſuz duos habere relationis habitus, alterũ multitudinis ad vnũ, vt Heraclidaꝝ ad Herculẽ quatenus ex hoc dicũtur illi hẽre genus. Alterũ multitudinis ad multitudinẽ, vt Heraclidarũ iter ſe, quatenus alteri alteris dr̃ auũculi & nepotes, Illud autem quodãmodo pulchre appoſitum, eorum enim quę ſub eodẽ genere ſunt, alius atq; alius

Prĩa gñis ſignificatio duos relationis habitus.

alius eſt relationis habitus, nā vel auūculi ſunt aliorū alij. vel filij vel fratres τ eiuſmodi.⌊ Heraclidarū dicit̄ genus.⌋ Dicendo heraclidarū ſeparat id ipſum ab alijs generibus, Tantalidarū, Atridarū τ ceterorū. τ ab habitu vnius τ a multitudine habentiū quodāmodo mutuam inter ſe ab illo affinitatē, ſm qȝ duo rurſus ſuſcipiuntur relationis habitus. Vnius ad vnū, vt Herculis ad Lycū, τ cauſę ad cauſatū, vt patrię ad ciuē, vt quum dicimus Platonem genere Athenienſem, Pindarū ꝟo thebanū. ❡ Sciendū eſt aūt quatuor modis dici habitum, reſpectu artis, vt pceptoris ad diſcipulū. Reſpectu fortunę, vt dn̄i ad ſeruum. reſpectu electionis, vt amici ad amicum. Et reſpectu naturę, vt patris ad filium, ſuperior autē habitus eſt reſpectu naturę.⌊ Scdm diuiſionē eam quę ab alijs generibus eſt nuncupata.⌋ Intelligendum hoc loco naturam rebus omnibus ſignificatiuas voces τ nomina pbuiſſe, vt diſtincte cognoſceremus, hunc vocari hominē, hunc bouē, hunc equum, Artes ꝟo ſingulas quiddā ſibi proprium ac nouitium excogitaſſe, atqȝ vt apertius res ipſe intelligerētur, proprijs rebus atqȝ inſtrumētis proprias voces ac nomina impoſuiſſe. Exēpli cauſa, geometrę cū multas adinueniſſent triangulorum differentias, aliū ſ. habentē tria ęqualia latera, alium duo tm̄, alium inęqualia tria, proprijs vſi ſunt nominibus, vocaueruntqȝ illū qui tria ęqualia latera haberet iſopleuron, qui duo iſocheles, q ꝟo inęqualia tria ſcalenon, eiuſmodi nominibus vniuerſam eorū proprietatē declarantes. Itaqȝ nomina res ſignificarūt. ⌊ Hęc autem videtur in promptu generis ſignificatio.⌋ Paulo obſcurior hoc loco Phs, debuerat nāqȝ prius q̄ȝ ad primam generis ſignificationē deueniret, ſignificare de quo genere loqueretur. Verūtamen exēpla ipſa late declarant. Loqui eū de priori ac non de poſteriori. Videtur inquit hęc ipſa generis ſignificatio in prōptu eſſe, ideſt nobis notior, ac conſuetudine quadam vſuqȝ frequentior. In promptu autem ac conſuetudine notiorem nobis ſignificationem dicit habitum multorū ab vno, vel multorū ad multos. ❡ Sed dubitare quis merito hic poſſet. Q uā ob cauſam potius primi generis ſignificationem in promptu dixerit, q̄ȝ ſecūdi. Q uū prępertim hoc ipſum ſit multo notius naturę. quę ſemper ex vno vnum prius facit q̄ȝ ex multis multos. ❡ Sciendum q ſecunda generis ſignificatio, quę eſt qua ad nos ſecūda. Q ua ad naturā eſt prima. Primo enim ab Hercule fit vnus, deinde plures. Prima ꝟo ſignificatio quę eſt qua ad naturam prima, qua ad nos ſecūda. Nam vt ſemel in vniuerſum dicā. Q uęcūqȝ ſunt priora naturę, nobis fiunt poſteriora, τ ecōtrario quęcūqȝ ſunt nobis priora. Naturę fiunt poſteriora. Exempli cauſa. Priora naturę ſunt primum materia τ forma. mox quatuor elementa. deinde caro, nerui, oſſa, τ cęterę eiuſdem generis partes. Poſtremo homo. fertur nāqȝ natura ſemp a ſuperioribus ad iferiora. Nobis ꝟo qui reſupine ſemper quę inferiora ſunt aſpicimus, quiqȝ a proximiorib⁹ ad remotiora, hoc eſt ab his quę adſunt ad ea quę lōge a corporibus abſunt, deducimur. Primū cognoſcit̄ homo. deinde ex quibus ↄponitur oſſa/caro/nerui. mox quatuor elementa. Poſtremo materia τ forma. Q uare quę ſunt priora naturę, nobis ſemper fiunt in cognitione poſteriora, τ quę ſunt naturę poſteriora, cognitione nobis fiunt priora. Manifeſtior igitur generis ſignificatio, prima. Immanifeſtior ſcda, meritoqȝ Porphyrius eo modo perdocuit. Etenim in oī pceptione tradēda prius quę nobis ſunt manifeſtiora. ⌊ Et qȝ Phorū genus de quo eſt ſermo vr̄ cū ſupradictis generibus ſimilitudinē quandā habere.⌋ ❡ Dubitabitur forſan, quaȝ ob cām quū τ alię ſint generis ſignificationes, ſolā hāc enumerauerit, nam qȝ τ alię ſint, oſtendit Plato qui genera entis in Sophiſta dixit eſſe. Subſtātiā, dura quidē nomina ſed quę iam in vſuȝ venerunt, idētitatē, alteritatem, motū τ ſtatum. ❡ Dicemus hoc ideo factum, q ppoſuerat, vt ex ſuperioribus patuit, de his ſe potius ſcripturum quę pertinerēt ad Ariſtotelē, q̄ȝ quę ad Platonem. Nec naturaliter quēadmodum in Phyſicis, vbi inuenitur ſubiectam vnicuiqȝ arti materiam, genus vocaſſe, vt in fabrili ligna, in medicis corpora humana. Et in cunctis naturalibus materiam primam. Sed logice. i. quatenus ad logicam videbuntur pertinere.

❡ Aliter autē rurſus genus dicitur, cui ſupponitur ſpecies: ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. etenim principium quoddā eſt huiuſmodi genus, earum quę ſub ipſo ſunt ſpecierum. Videtur etiam τ multitudinem continere omnem ſpecierum quę ſub ipſo ſunt.

❡ Tertiā dicit generis ſignificationē, de qua agit̄. Hȝ aūt ſimilitudinē quandā eorū quę prępoſita ſunt. Nam quēadmodū prima generis ſignificatio duos quoſdam hȝ relationis habitus. Multorū ad vnū, τ multorū inter ſe. Sic τ ſpecies ad genus. Et inuicem inter ſe. Itē quēadmodū ſecūda ſignificatio hȝ relationē vnius ad vnum, τ cauſę ad cauſatū. Sic τ genus vnius ad vnū, vt aīalis ad hominē, τ cauſę ad cauſatū ⌊ Fortaſſe.⌋ Primi quidē nomēclatores quū vellent familię diſcernerent̄, hoc heraclidarū vocarunt genus. hoc ęacidarū, illud pelopidarum, ad quorū imitationē Phi ſua genera nuncuparūt. Nāqȝ veluti Heraclidarū dictum genus id qȝ vniuerſos cōtinet qui ab Hercule ſunt procreati. Sic τ particulariū aiantiū genus dictū vniuerſale animal, qȝ hoīem/ equū/canē/ac cętera ↄtineret. ❡ Dixit autē ⌊ Fortaſſe⌋ cū addubitatiōe, qr ambiguū videbat̄, vtrū ne Phi hāc appellationem prius adinueniſſent. An nomēclatores. Pierūqȝ etenī a nomēclatoribus Phi. τ a Phis nomēclatores depꝛhenſi rerum denominationes accepiſſe.

❡ Tripliciter igitur cū genus dicatur de tertio apud Philoſophos ſermo eſt, qȝ etiam deſcribentes aſſignauerunt, genus eſſe dicentes qȝ de pluribus τ differentibus ſpecie in eo qȝ quid eſt prędicatur, vt animal.

❡ Poſtq̄ȝ enumerauit Porphyrius generis ſignificationes. Dicit tertium eſſe genus quod a Phis cōſideratur. ⌊ Quod τ deſcribentes aſſignauere.⌋ Dicendum eſt nobis hoc loco quid ſit deſcriptio. Et qd diffinitio. quęue inter vtrāqȝ differentia. Mox τ quare per deſcriptionē genus ipſum edocuerit, ac non per diffinitionem, quū diffinitio ſubiectę rei ſubſtantiam oſtendat, ac propria complectatur nihil de alienis adimat. In omnibus quidem rebus τ vnū ineſt τ plura. Proinde vnumquodqȝ vel per nomen ſignificatur, vel per orationem. Per nomen vt quum vnū aliqȝ dicimus ſic homo. Per orationem qñ quid multiplex ſignificamus. Sic. homo aīal rationabile mortale. Q ui ſermo ſi ex his fuerit, quę reb⁹ (vt ita dicam) ſubſtātialiter inexiſtunt, vocabitur diffinitio vti hoc, homo ē animal rōnabile mortale. Sin ꝟo ex his quę adueniunt, deſcriptio. vti hoc, hō eſt aīal,

Quatuor modis habit⁹ dr.

Dicta her nomina tantum in ſignificando res

Dubitatio.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

Tertia gn̄is ſignificatio.

qđ recte incedit.latos vngues hȝ, ⁊ manibus vtit. Aduenitunt quidē hęc atqȝ coincidunt in ſubſtantiaȝ hoīs, ſed non componunt perfecte hominē ſicuti ſuperiora.

Dīa inter diffinitionē ⁊ deſcriptionem.

¶ Differt autem diffinitio a deſcriptione. Quod diffinitio ex ſubſtantia rem oſtendit. Deſcriptio ex accidentibus. ¶ Dicta autem ὑπογραφή. Deſcriptio quaſi σκιαγραφία, hoc eſt vmbratilis pictura, quam vulgo deſignationē vocant. Vt enim quę in tabulis fiunt vmbrę, quid imago ipſa repſentet, oſtendunt, nō tamē perfecte, quēadmoduȝ pictura, ita ⁊ deſcriptio quid res ſit docet, non tamē perfecte quēadmodū diffinitio. Eritqȝ diffinitio ſimillima picturę expſſę. Deſcriptio ṽo adumbratili. Quum itaqȝ omnis diffinitio ex genere ſuſcipiatur ac conſtitutiuis differentijs. Generaliſſimiqȝ generis non ſit genus, ac cōſequenter neqȝ differentia, ex quibus potuiſſet diffiniri, neceſſario quum diffinitionē non inueniſſet, confugit ad deſcriptionē. Semper enim quas non poſſumus res diffinire, deſcribimus.

Cur gñi non ſit aſſignāda diffinitio.

¶ Diffinitionem autē generi cur non aſſignamus multę ſunt cauſę. Primum qȝ vt ſupradictum eſt de quo loquimur vniuerſale eſt, atqȝ oībus poteſt alijs generibus adaptari, nec vllum habet ſupra ſe genus, ⁊ conſequenter neqȝ diffinitionē quę ex genere conſtat ⁊ cōſtitutiuis differentijs. Conſtitutiuę autē differentię nunqȝ poterunt eſſe, ſi non ſit genus. ſunt enim eę ſpecierū diuiſiuę. Species autē ipſę generum, vt paulopoſt dicetur. cuius quidem non eſt genus nunqȝ ⁊ ꝯſtitutiuę eius erunt differentię. Deinde qȝ genus ipſum ęquiuocū. Decem quippe modis apud Ariſtotelē dicitur genus. Æquiuoca aūt diffiniri non poſſunt. quuȝ ſimplices ſint tm̄ voces a rebus quę per ipſas ſignificantur differentes. Diffinitio enim ſolaȝ rei ſubſtantiā oſtendit. Quoꝝ quidem diffinitiones ęędem, eorum ⁊ res quoqȝ neceſſe eſt eſſe eaſdem. Non igitur eſt in ęquiuocis cōmunem omnibus diffinitionē aſſignare. Significamus aūt ipſa p deſcriptioneȝ. Poſſunt enim in his quę per ſubſtantiā differunt, eadeȝ accidentia eſſe. vt in hoc loco. vbi quū multa ſint quę p ſubſtantiā differunt genera, vnus atqȝ idē omnibus accidit reſpectus ad cōphēſas ſub ipſis ſpecies, per quē alia vocanť genera alia ⁊ ſpecies. Generaliſſimi igitur generis Porphyrius ideo nō diffinitionem tradidit ſed deſcriptionē, vt omnibus decē generibus id cōueniret.

Dubitatio.

¶ Fortaſſis aūt hoc loco quiſpiā quęſierit ſic. Si ęquiuoca non diffiniuntur, quū tenues ſint voces, ac diffinitio ſubſtātiaȝ ſignificare ſoleat. cur ergo deſcribimus? Deſcriptio quidē ipſa per accidentiuȝ concurſus ſubiectaȝ ſolet ſubſtantiā ſignificare, ducitqȝ nos in notitiaȝ ſubſtantię cui accidunt. Quare vnam ęquiuocorūȝ deſcriptionē aſſignando in ſubiectę ſubſtantię notitiā deueniemus. Inuenienturqȝ non ſolum nomina, ſed ⁊ res eędem. quo quid abſurdius? inuenientur quidē decem ipſa genera eſſe eadē ſubſtantia, quātitas, ⁊ reliqua, quibus omnibus eſt ęquiuocum genus.

Solutio.

¶ Eiuſmodi ſane dubietas poterat a nobis propulſata videri, quando dicebamus. Poſſe in his quę per ſubſtantiā differrent eadem accidētia eſſe, per quę deſcriptio fieret. Accidit igitur ⁊ deceȝ pdicamentis ad ea quę ſunt ſub ipſis eundē reſpectum habere. Nam ſicut ſubſtantia quę corporeuȝ ⁊ incorporeum complectitur, genus eſt harum ipſarum ſpecierum, corporei ⁊ incorporei. Sic ⁊ quātitas duaruȝ ſpecierū continuę atqȝ diſcretę cōphēnſiua eſt genus. Sic ⁊ qualitas ⁊ cętere quę plures ſub ſe ſpecies cōphendunt. idem ergo reſpectus omnibus accidet prędicamentis. Neqȝ ṽo mirum eſſe debebit ſi quum diuerſę alicuius ſubſtātię rebus vna dari poſſit deſcriptio. Nō poſſe res ipſas deſcriptas, facere eſſe eaſdem, ſemper enim idipſum de pluribus prędicari, idem ineſt decem generibus, de pluribus inquam non de tot ⁊ talibus. Aliud enim ſi euenerit prędicabitur de quatuor ſpeciebus, aliud de duabus, aliud de hiſce vel illis, omniaqȝ erunt ęquiuocę, ac de pluribus, non autem de hiſce ⁊ illis prędicabūtur. Deſcriptio autē omnis vel ex etymologia ſuſcipitur, vel ex accidentiuȝ concurſu, quę ⁊ proprie deſcriptio dicitur, ex etymologia, ſic, ἄνθρωπος homo, id eſt quod poteſt ἄνω ἀθρεῖν. quę ſuperiora ſunt aſpicere. vel ἀναθρῶν ἃ ὄπωπεν contemplari ea quę vidit, vel vt alij interpretantur ἄνω ἔχον τοὺς ὦπας, Quod ſublimen habet vultum. ex accidentium autem concurſu ſic. Homo eſt animal quod recte incedit manibus vtitur, ⁊ latos vngues habȝ, vt ſupradictū eſt. ⁊ eiuſmodi.

Diffinitio ex qbus cōſtet.

PRopriũ ꝟo q̃drifariã diuidũt. Nã ⁊ id qđ ſoli alicui ſpẽi accidit, ⁊ ſi nõ oĩ, ꝓpũ dĩ. vt hoi medicũ eẽ, vel geometrã. ¶ Et qđ oĩ accidit ſpẽi, etſi non ſoli. queadmodũ hoi eẽ bipede;. ¶ Et qđ ſoli ⁊ oĩ, ⁊ aliq̃ñ: vt omni hoi in ſenectute caneſcere. ¶ Quartũ aũt, id in quo ↄuenerũt ⁊ ſoli ⁊ oĩ ⁊ ſemꝑ. queadmodũ hoi eſſe riſibile. Nã ⁊ ſi nõ ſemꝑ rideat: tñ riſibilis dĩ nõ ꝙ rideat ſemꝑ: ſed ꝙ ſemꝑ aptus nat⁹ ſit vt rideat: h̃ aũt ei ſemper cõnaturale eſt, queadmodũ ⁊ equo hinnibile. Hęc aũt ⁊ ꝓprie ꝓpria dicũtur: q̃ñ etiã ↄuertunł. Si quid eniz equus: hinnibile eſt: ⁊ ſi q̃d hinnibile eſt, equus eſt.

POSTQVAM de dĩa plene locutus eſt. Nunc de ꝓprio diſſerit, ac rõnabilr hũc ordinẽ ſeruauit, nã quũ de ſubalib⁹ locutus hacten⁹ fuiſſet, nec̃io ⁊ de his q̃ ſupra ſubales ſunt fuerat h̃ loco dicendũ Verũenimuero a ꝓprio nõ ab accñti cepit, q̃ꝛ iſ̃q̃ ſpatiũ ideſt inter ſubalia ⁊ accñtia mediũ. Habet enim cõitatẽ cũ ſubalib⁹, qua ⁊ ſoli ⁊ oĩ ⁊ ſemꝑ exiſtit, queadmodũ ſubalia, hz ⁊ cõitatẽ cum accidẽtibus qua ſeparari a ſubiecto poteſt per cogitationẽ, queadmodũ ⁊ illa. Enumerat autẽ ex ſuperiori Ariſtotelicę ꝑceptionis forma, ſignificatiões ꝓus, q̃ de qua agił, diſſerat. ¶ Diuidił itaq; ꝓpriũ quadrifariã ſic. Proprium vel vni ſoli ineſt ſpẽi vel nõ ſoli, vel oĩ, vel nõ oĩ, vel ſemꝑ, vel non ſemꝑ, ex q̃ diuiſione fiũt ſignatiões q̃tuor. ¶ Prima hęc, propriũ. i. qđ ſoli alicui accidit, nõ autẽ oĩ, vt hoiem eſſe medicũ, Phm, geometrã, aſtronomum, ⁊ eiuſmodi. ¶ Scda hęc, propriũ. i. qđ oĩ nõ aũt ſoli accidit vt bipedẽ eſſe, id eniz non hoĩbus ſolũ, ſed ⁊ volucribus ineſt. ¶ Tertia hęc, propriũ eſt qđ ⁊ ſoli ⁊ oĩ, nec tñ ſemper, ſed aliq̃ñ conuenit, vt hoiem in ſenectute caneſcere. Eſt enim id ſolius hoĩs propriũ in ſenectute ſolũ. ¶ Quarta hęc, propriũ eſt qđ ⁊ ſoli, ⁊ oĩ, ⁊ ſemper ineſt, vt homini riſibile. equo hinnibile. ⁊ cani latrabile. potentia nõ aũt actu, non eteniz q̃diu hõ ridet, riſibilis, ſed quaten⁹ ſuapte nã aptus natus eſt ad ridendu;. Eſt itaq; h̃ proprię. Propriũ, qđ ⁊ ſoli ⁊ omni ⁊ ſemper inexiſtit. Quapropter iure quidẽ Porphyrius reliquis omiſſis, cõius propriũ ſuſcipiens, eo modo quadrifariã diuiſit. Intelligendũ autẽ ex ſuperioribus tribus cõtrapoſitionibus, vnde hę ꝓprĳ ſignificationes ſuſceptę. Soli ſcilicet non ſoli, oĩ non omni, ſemper nõ ſemper. Si mutuo inter ſe complicẽtur, plures adhuc effici iugationes, quarũ conſiſtentes alię, alię inconſiſtentes, hoc pacto.

Soli ⁊ omni	Non ſoli ⁊ omni
Soli ⁊ non omni	Non ſoli ⁊ ſemper
Soli ⁊ ſemper	Non ſoli ⁊ non omni
Soli non ſemper	Non ſoli ⁊ non ſemper

Propriũ q̃drifariam ſumitur.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

℄ Huic aũt ipſi ſemper inſita quatuoꝛ.] Dicẽdo inſita,
potentiã innatãq́ꝫ aptitudinem ſignificauit,nõ actionẽ,
⁊ ſi enim non ſemper ridemus,riſibiles tamẽ ſemper ſu
mus.Ipſuꝫ nãq́ꝫ ridere potẽtia habemus ſemꝑ, Apti ſi
quidẽ nati ſumus ſemꝑ ad ridẽduꝫ,quare nõ ſemꝑ ridẽ
tes dicimur,ſed riſibiles,aliud nãq́ꝫ eſt ridere,aliud riſi
bilẽ eſſe.aliud hinnire,aliud hinnibilem eſſe.

℄ DE ACCIDENTI. CAP. VI.

ACcidẽs aũt eſt qð adeſt ⁊ abeſt
ꝑter ſubiecti coꝛruptionẽ.Diui
dit̃ aũt in duo:nãq́ꝫ id eius ſepa
rabile ẽ,⁊ illud inſeꝑabile.eſt.n.
doꝛmire ſeꝑabile accñs. nigruꝫ
ꝟo inſeꝑabilr coꝛuo ⁊ ęthiopi accidit. Põt
eni ĩtelligi ⁊ coꝛu⁹ albus,⁊ ęthiops abijciẽs
coloꝛẽ ꝑter ſubti coꝛruptionez. ℄ Diffiniũt
aũt ſic quoq́ꝫ. Accñs eſt qð ↄtigit eidẽ ieſſe
⁊ nõ ineſſe. ℄ Et quod neq́ꝫ genus eſt,neq́ꝫ
dr̃ia,neq́ꝫ ſpecies,neq́ꝫ pꝛopriũ. ſemper aũt
eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Oibus igitur de
terminatis quę propoſita ſunt(dico autẽ ge
nere,ſpecie,differẽtia,ꝓpꝛio, ⁊ accidente)di
cendũ eſt quę eis cõia ſunt, ⁊ quę pꝛopria.

OMNIBVS expeditis q̃ ad ge
neris,ſpẽi,dr̃ię,ac
ꝓpꝛij rõnes viſa ſunt ꝑtinere,qñ poſtre
mũ habuit ordinez accñs, reſtat vt ⁊ de
eo ipſo dicam⁹. Verũenimuero intelligẽ
dũ nõ ſoluꝫ docẽdi rõne q̃ in ſuꝑioꝛib⁹
⁊ hic nũc vti.Nã quũ antea varias ꝑ̃m ſignificationes ſolit⁹
ſit enumerare,deĩn de q̃ ageret edocere.Hic ꝑiſus ne
glexit,ac ſtatiꝫ accñtis ipſius deſcriptionẽ aggredit̃,qð
factũ rõne nõ caret.Intelligebat eniꝫ nullã eẽ accñtis ſi
gnificationẽ aliã,de q̃ ꝑ̃ hoꝝ,imo ne grãmaticoꝝ qdeꝫ
ſermo eẽ poſſit.Id autẽ adeſſe ⁊ abeſſe citra ſubti coꝛru
ptionẽ,vel ex h̃ pꝫ,qð incoꝛpoꝛeũ. coꝛpoꝛeũ eni ſi eſſet
id cui adiũctũ eſſꝫ augeret̃,ex q̃ dimotũ,minueret̃,⁊ cui
accideret ſubiũ coꝛrũperet̃.Nihil aũt hoꝝ eſt,igit̃ icoꝛ
poꝛeũ.Itẽ,ſi coꝛpoꝛeũ eẽt accñs,vnus certe locus plura
ſemel erit coꝛpa ↄꝑhẽſurus,qð fieri nullo mõ põt. Atq
plura accñtia in vno ⁊ eodẽ loco ſemel ↄ̃n ſint nihil ꝓ
hibet,vt in malo odoꝛẽ,coloꝛẽ,⁊ dulcoꝛẽ.Nõ igit̃ ẽ coꝛ
poꝛeũ accñs,alr̃ eni,vnũ nõ poterãt illa habuiſſe locũ,
Nũq̃.n.vt qñ ceꝑun⁹ metro agã,ꝑ coꝛpoꝛa coꝛp⁹ inno
cuũ trãſire põt. Ea ꝟo q̃ ſeparari poſſe dicunt̃ accñtia,
vt ſedere/ſtare/calefieri/frigefieri/ſiue adſint, ſiue non,
ſubm nõ coꝛrũpere,ꝑ ſe quidẽ ꝑſpicuũ, haud q̃q̃ꝫ eget,
ꝓbatiõe.Quinetiã ⁊ q̃ ſeꝑari nõ pñt, vt ſimitas aqlini
tas,⁊ nigredo ea q̃ eſt in coꝛuo, Aberunt a ſubto,nec tñ
coꝛrũpet,⁊ ſi nõ actu. Cogitatiõe,ſꝫ eni aqlinũ itelligas
Socratẽ,⁊ Ciceronẽ ſimũ.Idẽ nihilomin⁹ tñ erũt,ſꝫ du
bitari a pleriſq́ꝫ ſolitũ eſt,nõ oib⁹ ↄuenire accñtib⁹, de
ſcriptionez illã.[Qð adeſt ⁊ abeſt.] ℄ Sꝫ tantũmõ his
q̃ ſeꝑant̃,quũ qð in coꝛuo atq́ꝫ ęthiope ineſt nigruꝫ,di
moueri citra coꝛruptionẽ ſubti nullo mõ poſſit. Quib⁹
riſo debuit factũ ſatis.Quũ diximus,⁊ ſi nõ actu,cogita
tione.Cogitatiõe qdẽ coꝛuus atq́ꝫ ęthiops eẽ albi pote
rũt,nec tñ coꝛrũpent̃, nã ⁊ ſi diſcerpſerit q̃s a coꝛuo pẽ
nas,nihilomin⁹ erit coꝛuus,⁊ ęthiopẽ ſi mẽte albũ cõce
peris,erit nihilomin⁹ hõ. Nõ ſic aũt hõ ſi intelligat̃ nõ
aial,h̃ eniꝫ.ſ.eẽ aial, nullo vnq̃ pacto vel ꝑ cogitationẽ

Accñtia ī co g accñа ī ſuo eẽ ſoſali poſſ a ſubã nõ de pẽdent/verũ tñ in eẽ mãll. quã pñta rea liter diſtiguã turiſq́ue ne dũ cogitatiõe verũetiã re di ſtinguunt.

ab hoie ſeꝑabit̃.Quę igit̃ non ſeparant̃ accñtia,ſi actu
nõ abſint,abeſſe tñ poterũt cogitatione. ℄ Solutũ itẽ ẽ,
pleriſq́ꝫ nõ verũ videri illud adeſſe ⁊ abeſſe citra ſubti
coꝛruptiões.quũ febris ipſa tãtoꝑe cui acciderit aiali,coꝛ
rũpat. Addubitãdũ aũt id fuerat nõ in febre ſolũ , ſꝫ in
nimia frigiditate,ſiccitate,⁊ humiditate,q̃ oia imodera
te quũ accidũt nõ minus coꝛrũpunt q̃ febris.Dicimus
itaq́ꝫ,qð quẽadmodũ in choꝛdis quuꝫ intẽdunt̃ nimis,
ac nimis remittunt̃,ꝑdit̃ harmonia,nec tñ ipſe coꝛrum
punt̃ , ita ⁊ hic, caliditate vel frigiditate nimia,harmo
niã vaſtari.Subiectũ ꝟo ipm coꝛpus ſaluuꝫ remanere.
Nõ eni caliditatis vl̃ frigiditatis ſubiectũ ſimplr̃ ẽ aial,
ſꝫ coꝛp⁹,qð ex ↄ̃rijs hiſce ↄpoſitũ, frigido,calido,ſicco,
⁊ humido.Si nãq́ꝫ vno aliquo coꝝ ↄſtaret ſolo,vt belle
ait Hippocrates.hõ nõ admodũ doleret , ſiqdẽ ⁊ vnuꝫ
alteꝝ eſſet,quo ſanaret̃. Sed quũ viciſſim mõ iter ſe do
minent̃,mõ in amicitia ↄueniãt,nõ ſolũ ex dictis q̃lita
tib⁹ cõponet̃,ſed ẽt ex quodã alio ſubiecto,ſm̃ ꝓpꝛiã ra
tionẽ q̃litate carentis coꝛꝑis,trifariã diuiſo,in q̃ tñ inſit
ois q̃litas,nulla aũt q̃litas repugnat , coꝛrũpitur id in q̃
inexiſtit ſubiectũ,qppe qm̃ ⁊ ſeipſam coꝛrũperet,coꝛru
pto.n.eo in q̃ inexiſtit, ne ẽiuꝫ quũ ꝑ ſe ↄſiſtere amplius
nõ poſſit,coꝛrũpi ⁊ ipſaꝫ.Nihil ꝟo ſe coꝛrũpit , ⁊ q̃litas
huic q̃litati repugnat,nõ ãt ſubiecto.Nõ igit̃ id fieri po
terit vt febris vel alia quęuis q̃litas ſubiũ coꝛrũpat ſuũ.
Poſtq̃ oia in reb⁹ eiuſmodi ſunt, vt ſuapte nãm moꝛteꝫ
fugiãt ſaluteq́ꝫ expetãt. Sciẽdũ itaq́ꝫ quũ ex ↄ̃rijs his q̃
coꝛpoꝛi admiſcent̃ q̃litatib⁹ abũdãs aliqua ſuꝑexceſſe
rit,ne ẽio totius coꝛꝑis perire harmoniã. Nã duꝫ quęq́ꝫ
ſubm,in q̃ ſalus poſita ſit,ꝑcipere conat̃,pugnãt inter
ſe,atq́ꝫ alia aliã pellit,vt q̃ de cõi agro cõcertãtes vi alte
ri alteros de poſſeſſione deijciũt. calido igit̃ ac frigido
circa idẽ ſubiũ depugnãtibus,qð a neutro magis dñabĩ
tur ſubiectũ,id erit moderatũ. qð ab altero,ↄ̃riaꝫ quali
tatẽ ꝑdet,ipm ꝟo patiet̃ nihil,nõ eniꝫ põt ſubiectum a
q̃litate coꝛrũpi.A febre igit̃ coꝛrũpit̃ qdẽ eaꝝ q̃ coꝛpo
ri accidũt q̃litatũ harmonia atq́ꝫ habitudo.non aũt ipſꝫ
illis ſubiectũ coꝛpus. ℄ Verũenimuero iſtabit foꝛtaſſe
qſpiã aduerſus ea q̃ diximus. Diceťq́ꝫ,febri ſubiũ non
ſimplr̃ eẽ coꝛpus,ſed talr̃ his illis q̃litatibus affectũ,qð
vel febre vel hoꝛroꝛe vehemẽter ingeneratis facile coꝛ
rũpat̃.Neq́ꝫ vehementẽ aliquã caliditatẽ febrim eẽ, vt
in cãdeſcẽti ferro atq́ꝫ igne,ſꝫ in coꝛꝑe tantũmõ aialis,
q̃ ꝑdito,ꝑdat̃ ⁊ febris. ℄ Hmõi addubitationẽ ſolua
mus a ꝑn⁹ ſic. Immutationes motuſq́ꝫ oẽs in q̃tuoꝛ hi
ſce ſiũt ꝑdicamẽtis.Subã,quãtitate,qualitate , atq́ꝫ vbi.
Quę ꝑ ſubſtantiaꝫ fit imutatio,gñationi obnoxia eſt ⁊
coꝛruptioni. Generatio quidem eſt ex non ente in ens.
Coꝛruptio ex ente in nõ ens imutatio. quę ꝑ quãtitatẽ,
augumẽtatio ⁊ diminutio.q̃ ꝑ qualitatẽ alteratio. Quę
ꝟo ꝑ locuꝫ, cõmutatio.Si igit̃ gñatio,ſubſtãtiaꝝ eſt ex
nõ ente in ens imutatio , ↄ̃ria huic coꝛruptio ex ente in
non ens,foꝛtaſſe ⁊ ipſa per ſubãm erit imutatio. Febris
itaq́ꝫ ⁊ ſi coꝛrũpat ſubãi,nõ tñ ob id dicet̃ accñs , ſed ꝑ
ſubãꝫ potius imutatio,ea quã vocãt coꝛruptionẽ. Gña
tio aũt ⁊ coꝛruptio alteritates quidẽ nõ ſunt,ſed ſine al
teritate fieri nequaq̃ pñt.Quã igit̃ moderata fient alte
ritate caliditas ⁊ frigiditas,q̃tenus non perimũt tẽpera
tam eã q̃ in aialis coꝛꝑe eſt habitudinez,accñtia dicent̃,
q̃ citra ſubiecti coꝛruptionẽ ſeꝑant̃.Quã ꝟo vehemẽtio
ri,vt deperimãt,nõ dicent̃ ꝑ accñs amplius , ſed ꝑ ſub
ſtãtiã imutationes.Nõ ois igit̃ febris ſubiectũ perimit,
ſed ea tantũmodo,quę vehemẽtioꝛ eſt atq́ꝫ imoderata,
hoc eſt nõ quę accidẽs eſt , ſed quę id qð eſt,in id qð nõ
eſt tranſmutat. Neq́ꝫ ꝟo de tinea caluicioq́ꝫ quod ca
pillos

Dubitatio.

Solutio.

Generatio.

Corruptio.

pilloſ corrūpant, addubitandū, non enim his ſubijciūtur capilli, ſed caput, qđ quidē ab eis minime lediť. [Nigrum autē eſſe, coruo ⁊ ęthiopi inſeparabiliter accidit.] Pulchre dixit coruo ⁊ ęthiopi, ſunt nāq3 multa nigra, q̄ tū dealbanť, pulchre ⁊ inſeparabiliter, auferri enim ab eis actu nigredo haudquaq̄ pōt. ℭ Sciēdū tñ vt dictū eſt, quę inſeparabilia vocanť accidentia, ſeparari conceptu poſſe, pluſq̄ proprias ꝟo dr̄ias nunq̄. Nunq̄ enim fieri vllo modo hoc poterit, vt extra rōnabile, homo, extra imortale deus intelligať. [Accidens eſt qđ in eodē ⁊ in eſſe ⁊ non ineſſe poteſt.] Aliam tradit accidētis deſcriptionē, priore diligentiorē multo atq3 meliorem. Magis enim cōgruit inſeparabilibus, hoc qđ in eodē pōt ⁊ ineſſe ⁊ nō ineſſe, q̄ illud qđ adeſt vel abeſt. [Vel qđ neq3 genus eſt, neq3 dr̄ia, neq3 ſpecies, neq3 proprium ſemperq3 in ſubiecto ineſt.] Alia hęc eſt accn̄tis deſcriptio, quę tñ alicui fortaſſe videbiť potuiſſe ⁊ reliqs aſſignari, ex antedictorū dimotione, hoc pacto. Genus eſt qđ neq3 ſpēs eſt, neq3 dr̄ia, neq3 propriū, neq3 accidens, qđq3 ſemꝑ in ſubiecto ineſt. Silr ſpēs eſt qđ neq3 genus eſt, neq3 dr̄ia, neq3 ꝓpriū, neq3 accidēs, ſilr ⁊ in alijs. nō determinauit autē illas eo modo, qm̄ nondum cognitę erant quę ſequebanť voces. Nunc ꝟo poſteaq̄ edocuit iam oēs, haud quidē irrationabiliter ita eſt accidēs diffinitū, ſed quum ex illaꝝ quatuor dimotione ſic. Accidens eſt qđ neq3 genus eſt, neq3 ſpecies, neq3 dr̄ia, neq3 ꝓprium. Potuiſſet inferri hippocętaurus, hircocceruus, ⁊ eiuſmodi q̄plurima, adiūxit illud qđ ſemper in ſubiecto ineſt, eximēs ⁊ hircoceruū ⁊ chimęras, quę quum in nullo inſint ſubiecto vix ſola mente cōcipiunť. Poſtq̄ igiť quid eſſet accidēs ex eius ſubſtātia diffinire nō potuit, ex abnegatione deſcripſit hmōi, qđ neq3 genꝰ, neq3 ſpēs, neq3 dr̄ia, neq3 ꝓpriū, ⁊ tñ qd eſt quoq3 modo ſignificauit, eo ipſo qđ in ſubiecto ſemper exiſtit.

ℭDE COMMVNITATE QVINQVE VOCVM. CAP. VII.

Commune quidē eſt omnibus de pluribus prędicari, quemad modū dictū eſt. Sed genus q̄dem: de oībus ſub ſe ſpeciebus ⁊ indiuiduis, ⁊ dr̄ia ſilr. ſpecies autē de ijs quę ſub ipſa ſunt indiuiduis. at ꝟo ꝓpriū ⁊ de ſpecie cuius eſt propriū: ⁊ de ijs quę ſub ſpecie ſunt indiuiduis, accn̄s autē ⁊ de ſpeciebus ⁊ de indiuiduis. Nāq3 aīal de equo ⁊ boue prędicať, quę ſunt ſpecies: ⁊ de hoc equo, ⁊ de hoc boue quę ſunt indiuidua, irrōnale ꝟo ⁊ de equo ⁊ boue, ⁊ de ijs qui ſunt particulares prędicať: ſpecies aūt vt hō, ſolum de ijs qui ſunt particulares hoīes, prędicať. propriū ꝟo de ſpecie cuius eſt propriū: ⁊ de ijs quę ſub ſpecie ſunt indiuiduis. vt riſibile de homine ⁊ de ijs q ſunt particulares. nigrū aūt ⁊ de ſpecie coruorū ⁊ de ijs quę ſunt particulares: qđ eſt accidēs inſeparabile. ⁊ moueri de homine, ⁊ de equo qđ eſt accidēs ſeparabile. ſed principaliter quidem de indiuiduis: ſecunda ratione autem de ijs quę continent indiuidua.

SI QVISQVAM alius ē inter Platonicos admirabilis, Porphyriꝰ frater is eſt in hoc maxime libello, vbi ita Peripateticū, qm̄ id propoſitum erat, agit, vt tñ Academicū ſe non obliuiſcatur, ⁊ ne latuꝫ vt inquiunt vnguē a principe Platone diſcedat, ex Parmenide, Theęteto, Philebo, ac ſophiſta, didicerat, diligenter peruestigandū ſit, necne ia de quo quęreret, ⁊ ſi ſit, quid qualeue ſit. Pręterea vnum ne an multa, ſi vnum idētitatē ne habeat an alteritatē, hoc eſt ſibi ne ſimile in ſua ſemper ſubſtantia ꝑmaneat, an diſſimile accidentibus ſit obnoxiū. Si multa, finita ne an infinita. ſi finita, qm̄ vnicū eſt rerum oīum principium, habeant ne quid cōe, an qm̄ multa ſunt diſſimilia, eſſe oportet, quid ſibi vnumquodq3 peculiariter proprium. ℭ Cōe aūt ideſt, qđ idē pluribus cōpetit, vt dijs ⁊ hominibus rōnabile. ℭ Propriū ꝟo eſt, qđ a pluriū cōione diſiunctū vni ſoli tribuiť, vt homini riſibile, ⁊ equo hinnibile. Vnde quoq3 in cunctis rebus quas plurimas eſſe conſtat, hęc tria cōſiderantur, ουσια quā in latino Plautus Enniū noiauit, cōitas ac proprietas, ſic eniꝫ melius vt arbitror q̄ idētitatē ⁊ alteritatē Ammonius dixiſſet, de vocum ſuba, nam hoc etiā pro ουσια vſurparunt, poſtq̄ plene diſſeruit de earūdē cōitate nunc ⁊ ꝓprietate. Primū aūt vnaꝫ oibus cōmunionē aſſignat, vt vnaquęq3 cōparari ad reliquas poſſet, deinde qbus inter ſe ꝯueniant, quibuſue differant, oſtēdit, q̄q̄ mediocri quiuis ingenio ꝓditus, ex ſuperioribus facile in hāc ipſaꝫ cognitionē peruenire per ſe potuiſſet, ſed propius ad Ammoniū. Sciendū eſt hoc loco inquit, ſi ex pluribus quibuſcūq3 inter ſe cōparatis voluerimus addiſcere, quot fiant dūę. hac nos rōne ad eam rem vti oportere, dato numero aliquo ſumať vno minor, multiplicabimuſq3 in priorē, qđq3 efficietur, partiemur bifariā, ac totidem dicemus fieri cōparationes. ꝟ.g. ſic. quinque ſunt voces, ſume vno minorē, quatuor, multiplicesq3 in priorem, quinque hoc mō, quater quinque viginti. Horum rurſus ſume dimidiū, ac manebūt decē. Totidē igiť dicas fieri quinque vocū inter ſe cōparationes. Sumiť autē vno minor numerus, qm̄ de eodē idē nihil aſſumit, multiplicamus ꝟo qr eoꝝ cōparationē quęrimus, effecti poſtremo numeri capimus dimidiū, qr ex multiplicato eueniret bis eadē cōparari. Vnaquęq3 eniꝫ earum quinque, cōparareť ad reliqua quatuor, genus ad ſpēs, differentiā, propriū atq3 accidens, ſpecies ad genus ⁊ reliqua tria. [Verum propiori quidē rōne de indiuiduis, poſteriori ⁊ de his q̄ cōtinent indiuidua.] Neceſſarium hoc loco pręceptū tradit Porphyrius, ideſt hmōi, gn̄a ⁊ dr̄ias de ſpēbus ⁊ indiuiduis ꝓdicari. Diciť nāq3 ⁊ hō ⁊ animal rōnabile Socrates. ſed de ſpeciebus ꝓximius, de indiuiduis remotius, animal enim eſt ⁊ homo ⁊ Socrates, rationabilis eſt ⁊ hō ⁊ Socrates. Prędicātur itē ⁊ propriū ⁊ accidēs de ſpeciebus ⁊ indiuiduis, riſibilis nāq3 albuſq3 eſt homo ⁊ Alcibiades, ſed principali ratione de indiuiduis, poſteriori de ſpeciebus, particulares deinde homines riſibiles dicūtur ⁊ albi, non eo qđ vniuerſalis homo riſibilis albuſue ſit, is enim qr corpore vacat, nullo pacto poteſt eſſe eiuſmodi, ſed hoc quia ipſi tales, vniuerſalia nāq3 de his ſolū dicunť, quę ſunt in multis ac ſuper multis, vt ſępe iam diximus.

ℭ Cōmune autē eſt generi, ⁊ differentię continentia ſpecieꝝ. Continet eniꝫ differētia ſpecies, ⁊ ſi non oēs quot genera. rōnale enim

Cōmune.
Propium.
Additio interpretis.
De generis ⁊ diffe. cōmunib.

(etſi non cõtinet irrõnalia, quẽadmodũ aial) tñ cõtinet hominẽ ⁊ deũ, quę ſunt ſpecies. ℭ Et quęcũq; prędicantur de genere vt genus: ⁊ de ijs quę ſub ipſo ſunt ſpeciebus prędicanť. ⁊ quęcũq; prędicanť de dĩa vt differẽtia: ⁊ de ea (quę ex ipſa eſt) ſpecie prędicabunť. Nam cũ genus animal ſit, non ſolum de eo prędicantur vt genus, ſubſtãtia, ⁊ animatum ⁊ ſenſibile: ſed etiam de ijs quę ſunt ſub animali ſpeciebus omnibus prędicãtur hęc, vſq; ad indiuidua. cũq; differẽtia ſit rationale, prędicatur de ea vt differẽtia, id qđ eſt ratione vti: ⁊ non ſolum de eo qđ eſt rationale, ſed etiã de ijs quę ſunt ſub rationali ſpeciebus, prędicabitur ratione vti. ℭ Commune autem eſt perempto genere, vel differẽtia: ſimul perimi quę ſub ipſis ſunt. Quẽadmodũ enim ſi non ſit aial, non eſt equus, neq; homo: ita ſi non ſit rationale, nullum erit animal quod vtatur ratione.

ℭ Poſtq̃ in vniuerſum quinque voces cõparauit oſtenditq; ⁊ cõitatẽ ⁊ proprietatẽ earuꝫ, intẽdit nunc particulariter vnãquãq; reſumere, ⁊ ꝯparationẽ vniuſcuiuſq; ad reliquas facere, ac quid cõe, quid peculiariter ꝓpriũ habeant demõſtrare. Cõmune autẽ generi ⁊ differẽtię hoc ſpecies continere, genus cõparat ad differentiã, docetq; amboꝝ cõmuniones. Sunt aũt hmõi genus ac differentiam cõtinere ſpecies, prędicari de eiſdem, ipſiſq; peremptis perimi ⁊ ſpecies. [Quęcũq; prędicantur de genere, vt genus eſt, eadem ⁊ de his quę illi ſubſunt ſpeciebus prędicantur.] Quęcũq; inquit de animali prędicantur, eadem ⁊ de ſpeciebus, ⁊ de indiuiduis prędicabuntur, de homine. ſ. Socrate ac Platone. ſimiliter ⁊ in differentia. Sed nunquid poſtquã de animali prędicatur genus, vt quum dicimus animal eſt genus, propterea ⁊ de ſpecie ⁊ de indiuiduo prędicabitur? Sic quidẽ oportebit ⁊ hominem dici genus ⁊ Socratem, quumq; diſſyllabum ſit genus, diſſyllabum eſſe ⁊ Socratem. Dicendum eam ipſam fuiſſe cauſã, quare cõmuniter Porphyrius adiecerit illud, vt genus, hoc eſt vt res non vt habitum ſignificans, veluti illud genus ⁊ diſſyllabum. Quęcunq; igitur de animali vt animal eſt prędicantur, id enim eſt illud vt genus, eadẽ omnino ⁊ de ſpeciebus, ⁊ de indiuiduis prędicabuntur. Genus enĩ de animali nõ vt animal eſt prędicatur, ſed vt eius ad quę ſub eo ſunt habitum oſtendit, non enim ſolũmodo hominis equi ac cęterorum genus animal, ſed ⁊ color genus albi nigriq;. Genus igitur de animali non vt animal eſt prędicatur, ſed vt habitum eius oſtendit ad quę ſunt ſub eo, itaque de ſpeciebus ⁊ indiuiduis minime prędicabitur. Illud idem quoq; erit in differentia, quęcunq; enim de differentia vt differentia eſt, ac non eius reſpectum habitumq; ſignificantia prędicantur, illa eadem ⁊ de omnibus quę ſub ea ſunt ſpeciebus indiuiduiſq; prędicabuntur. [Commune autem ⁊ hoc, perempto vel genere vel differentia ſimul perimi, ⁊ ea quę ſub eis collocantur.] Duę ſunt rationes earum rerum quę ſuapte natura ſunt priores, perimere ac non perimi, inferre ⁊ non inferri, quas nunc ⁊ generi ⁊ differentię dicit eſſe communes.

ℭ Proprium aũt eſt generi de pluribus prędicari q̃ differentia, ⁊ ſpecies, ⁊ proprium, ⁊ accidens. Animal enim de hoĩe ⁊ equo, ⁊ aue, ⁊ ſerpẽte prędicatur. quadrupes ꝟo de ſolis quatuor pedes habentibus. homo ꝟo de ſolis indiuiduis. ⁊ hinnibile, de equo ſolum, ⁊ de ijs quę ſunt particulares. ⁊ accidens ſimiliter de paucioribus. Opꝫ autem differẽtias accipere, quibus diuidiť genus: non eas quę cõplent ſubſtantiã generis, ſed quę ſunt diuiſiuę. ℭ Amplius. Genus cõtinet dĩaꝫ poteſtate (aialis enĩ hoc quidẽ rationale eſt: illud ꝟo irrationale) differentię ꝟo non ꝯtinent genera. ℭ Amplius. Genera quidẽ priora ſunt ijs quę ſunt ſub ſe poſitę differẽtijs, ꝓpter qđ ſimul quidẽ eas auferunt: nõ aũt ſimul auferunť ab eis. Sublato enim aiali, aufertur rõnale ⁊ irrationale: differẽtię ꝟo nõ amplius ſimul auferũt genus. nam etſi oẽs interimanť: tñ ſubſtantia aiata ſenſitiua intelligiť, quę eſt aial. ℭ Amplius. Genus quidẽ in eo qđ quid eſt: dĩa ꝟo in eo qđ quale quiddã eſt (quẽadmodũ dictũ eſt) ꝑdicatur. ℭ Amplius. Genus quidem vnũ eſt ſm vnãquãq; ſpecieꝫ, vt hoĩs id qđ eſt aial: dĩę ꝟo plures ſunt, vt rõnale, mortale, mẽtis ⁊ diſcipline perceptiuũ, quib⁹ ab alijs aialibus differt. ℭ Et genus quidẽ cõſimile eſt materię: formę ꝟo differẽtia. Cũ autem ſint ⁊ alia cõia, ⁊ propria generis ⁊ differentię: nunc iſta ſufficiant.

ℭ Poſtq̃ expoſuit quã inter ſe ſimilitudinẽ habeant genus ⁊ differentia, dicit nunc quas habeãt diſſimilitudines. Sunt autem hę, genus de pluribus q̃ differentiam ac reliquas voces, prędicari. Continere potentia differentiam, nec contineri, prius item eſſe q̃ differentiaꝫ, genus in hoc quid eſt, differentiam in hoc quale quid eſt prędicari, genus item vnum, differentias plures, habere genus ſimilitudinem materię, differentiam ꝟo formę. Intelligendum autẽ hoc loco dupliciter accipi debere differentias, vt dictum eſt, vel conſtitutiuas, completiuaſq; ſpecierum, vel diuiſiuas generum. [Differẽtias autẽ accipere debemus eas, quibus diuiditur non eas ex quibus conſtat genus.] Accipere inquit debemus differentias, non conſtitutiuas, quę ſunt ſpecieruꝫ, ſed quę generuꝫ ſunt, diuiſiuas, animal enim q̃ hę pluris, q̃ illę ꝟo minoris. Similiter ⁊ accidens minoris, eſt tamen q̃ genus pluris, pluris, poterit enim nigrum non in his ſolum quę ſunt animata, ſed etiaꝫ in his quę inanimata ſunt accidere, minoris, q̃ quę ſub eodẽ ſunt genere accidentia minoris ſunt ſemper q̃ genus. verbi gratia. Nigrum quod accidit animali q̃ animal minoris, ideo quia non omnibus idẽtidẽ ineſt animalibus. [Item genus continet differentiam potentia.] Dictum iaꝫ eſt ſm Peripateticos ineſſe generibus differẽtias potentia priores q̃ quę ſub ipſis ſunt ſpecies. [Item genus in vnaquaq; ſpecie vnus, vt in homine animal, differentię

De cõiã deĩn ꝓprietatibus.

ferentię ꝩo plures, vt rationabile moꝛtale, mẽtis ac ſciẽtię capax.] Altera hęc eſt diſſimilitudo generis ⁊ differentię, illud quidẽ in vnaquaq; ſpecie vnum, hę ꝩo plures.[Et ſimile quidez genus eſt materię, differentia ꝩo formę.] Diximus iaz id qđ in multis eſt genus habere rationem quandam ſimilem materię, differentiam ꝩo formę.[Sunt autem ⁊ alię generis ac differentię cõmunitates pꝛopꝛietateſue multę, ſed hę ſatis.] Alię inquit ſunt ⁊ cõmunitates ⁊ pꝛopꝛietates eoꝝ, ſed hę ſufficiãt, cõmune autez eis eſt ſubſtantiale, ſubſtãtiale eſt genus, ſubſtãtialis eſt ⁊ differẽtia. Cõmune item vniuoce pꝛędicari. Pꝛędicatur eniz de his quę ſub ſe ſunt vt genus, ita ⁊ differentia, pꝛopꝛiũ ꝩo his ineſt, vt dictum eſt, genus cuz alio genere non complicari ad aliquid, at differentias cõplicari, atq; aliquid efficere. Rationabile eniz cum his, moꝛtale. vz. mentis ac ſcientię capax eſſe complicatum, efficit hominem.

De generis ac ſpẽi cõtatib⁹

℄ Genus autem ⁊ ſpecies cõmune quidem habent de pluribus (quẽadmodum dictum eſt) pꝛędicari. Sumatur aũt ſpecies vt ſpecies ſolum, ſed non vt genus: ſi fuerit idem ſpecies ⁊ genus. ℄ Commune autem his eſt: ⁊ pꝛioꝛa eſſe ĳs de quibus pꝛędicantur. Et totum quoddam eſſe vtrũq;.

℄ Poſtꝙ comparauit genus differentię, dixitq; eoꝛum inter ſe ſimilitudinẽ ac diſſimilitudinez. Nunc idẽ comparat ſpeciei ac pꝛimũ quã habeant cõmunitatẽ. Eſt autem hmõi, de pluribus pꝛędicari, pꝛioꝛa eſſe his de quibus pđr, eſſe vnũ quodãmodo totum.[Accipiat autem ſpecies vt ſpecies.] Pulchre illud vt ſpecies adiunctum, ne foꝛſitan aut ſpecialiſſimaz ſumeres, quę de pluribus non pꝛędicatur, aut ſubalternam, quę tum genus, tum ſpecies eſſe poteſt. Inuenitur etiaz genus quod ⁊ ſi ſubalternum, vt ſpecies accipi opoꝛtebit non vt genus, ſi ſpeciei ⁊ generis, ac non amboꝛum generum comparationem facere volueris.[Cõmune itez ⁊ his eſt, pꝛioꝛa eſſe ꝙ ea de quibus pꝛędicantur.] Ideo pꝛępoſuit cõmunitatem illam de pluribus pꝛędicari, vt diceret hoc, pꝛioꝛa eſſe ꝙ illa de quibus pꝛędicantur.

De eaſdem ꝓpꝛietatibus,

℄ Differunt autem eo quod genus quidem continet ſpecies ſub ſe, ſpecies ꝩo continet, ⁊ non continet genera. de pluribus enim genus ꝙ ſpecies pꝛędicatur. ℄ Amplius. Genera quidez pꝛeiacere opoꝛtet, ⁊ infoꝛmata ſpecificis differẽtĳs perficere ſpecies. vñ ⁊ pꝛioꝛa ſunt naturaliter genera, ⁊ ſimul interimentia: ſed quę non ſimul interimantur. ⁊ ſpecies quidez cum ſit: eſt ⁊ genus omnino. genus ꝩo cuz ſit: non omnino erit ſpẽs. ℄ Et genera quidez vniuoce de ſpeciebus pꝛędicantur: ſpecies ꝩo de generibus minime. ℄ Amplius, Genera quidez abundant earum quę ſub ipſis ſunt ſpecierũ continentia: ſpecies ꝩo a generibus abundant pꝛopꝛĳs differẽtĳs. ℄ Amplius. Neq; ſpecies fiet vnquam generaliſſimuz, neq; genus fiet vnquãm ſpecialiſſimum.

℄ Quam pꝛopꝛietatez genus ⁊ ſpecies inter ſe habeant nunc oſtendit. Ea autẽ huiuſmodi, genus continere ſpecies nec contineri, pꝛioꝛa eſſe genera ꝙ ſpecies, genera pꝛędicari vniuoce de ſpeciebus non ęcontrario, genera exuperare ſpecies ſpeciebus, ſpecies exuperare genera differentĳs, generaliſſimũ nõ poſſe fieri ſpecialiſſimũ, nec ſpecialiſſimum generaliſſimuz.[Pꝛęſupponi opoꝛtet.] Animal enim vt dictum eſt tanꝙ materia pꝛęſternitur, ſuſcipienſq; rationabile ⁊ moꝛtale facit hominẽ. Item animal genus, homo autẽ ſpecies.[Pꝛioꝛa ſuapte natura ſunt genera.] Duę ſunt regulę, qbus quę ſuapte natura pꝛioꝛa ſunt, diſcerni ſolẽt. Pꝛima hęc, pꝛius ideſt quod perimit nec perimitur. verbi cauſa. Animal ſi tollatur, tolletur ſimul ⁊ homo, pꝛius igitur ꝙ homo, animal. Secunda hęc, pꝛius, ideſt quod infert nec infert. verbi gratia. ex homine infertur animal, non aũt ex animali homo. Secundũ vtrãq; igitur regulã natura pꝛius eſt ꝙ ſpecies genus. genus enim non infert neceſſario ſpeciem, at ſpecies infert ſtatim genus.[Species genera exuperant.] Quoniam conſtitutiuas ſui differentias acto ipſo continent.

5. metaph. te. com. 16. lege pꝛioꝛa nã eẽ dicũq; pꝛius ſe parans eẽ ſi, ne alĳs ⁊ alia nõ ſine ipſis.

De generis ⁊ pꝛopꝛĳ cõitatibus.

℄ Generis autem ⁊ pꝛopꝛĳ commune quidem eſt: ſequi ſpecies. Si quid enim homo eſt: animal eſt, ⁊ ſi qđ homo eſt, riſibile eſt. ℄ Et ęqualiter pꝛędicari genus de ſpeciebus: ⁊ pꝛopꝛium de ĳs quę illo participant indiuiduis. ęqualiter enim ⁊ homo, ⁊ bos animal eſt. ⁊ Cato, ⁊ Cicero riſibile eſt. ℄ Commune autez eſt etiam vniuoce pꝛędicari genus de pꝛopꝛĳs ſpeciebus: ⁊ pꝛopꝛium de ĳs quoꝛum eſt pꝛopꝛium.

℄ Poſtꝙ cõparauit cum differentia ⁊ ſpecie genus, cõparat nunc idem cum pꝛopꝛio. Dicitq; eoꝛum cõmunitates, quę ſunt hmõi. ſequi ſpecies ſimiliter vniuoce pꝛędicari, vt de ſpeciebus genus, ita de indiuiduis ꝓpꝛiuz. Sequi autem dicitur vel quod maius eſt id quod eſt minus, vt hominem animal, vel quod ęquale eſt, id quod ęquale, vt hominem riſibile; nam ſi homo eſt ⁊ animal ⁊ riſibile erunt.[Commune itez ⁊ vniuoce pꝛędicari.] Pꝛopter hanc cognationem ſupꝛa pꝛopꝛium eſſe diximus tanꝙ ſpatiuz illud quod inter vtraq; caſtra pꝛęlio relinquitur, inter ſubſtãtialia ac ſupꝛa ſubſtantialia medium, pꝛopinquius tamen ſubſtantialibus.

Nota quo ratio gen⁹ pđicat de ſpẽb⁹. ęqualiter

De eaſdem ꝓpꝛietatibus.

℄ Differunt autem, quoniam genus quidez pꝛius eſt: poſterius ꝩo pꝛopꝛiuz. Opoꝛtet enim eſſe animal: dehinc diuidi differentĳs ⁊ pꝛopꝛĳs. ℄ Et genus quidem de pluribus ſpeciebus pꝛędicatur: pꝛopꝛium ꝩo de vna ſola ſpecie cuius eſt pꝛopꝛium. ℄ Amplius. Pꝛopꝛium quidem conuerſim pꝛędicatur de eo cuius eſt pꝛopꝛium: genus ꝩo de nullo conuerſim pđicatur. Nam neq; ſi quid animal eſt: homo eſt. neq; ſi quid animal eſt: riſibile eſt. ſi quid ꝩo homo eſt: riſibile eſt ⁊ conuerſo. ℄ Amplius. Pꝛopꝛiuz omni ſpeciei ineſt cuius eſt pꝛopꝛium ⁊ ſoli, ⁊ ſemper: genus ꝩo omni quidem ſpeciei ineſt cuius fuerit genus, ⁊ ſemper, non autẽ ſoli. ℄ Amplius. Pꝛopꝛia quidem inter-

empta,non ſimul interimunt genera:genera ꝟo interempta ſimul interimunt ſpēs:quarũ ſunt pꝛopꝛia:quare ⁊ his quoꝫ ſunt pꝛopꝛia interemptis ⁊ ipſa ſimul interimuntur.

℄ Poſtꝗ̃ generis ac ꝓpꝛij cõmunitates declarauit,oſtēdit nunc quas habeant pꝛopꝛietates. Sunt aũt hmõi,genus pꝛius,pꝛopꝛiũ poſterius,genus de pluribus pꝛ̨dicari ſpeciebus,pꝛopꝛiũ de vna ſola,ex cõmutatione pꝛ̨dicari poſſe pꝛopꝛium,genus nequaquā. Pꝛopꝛium ſuę ſpeciei omni ⁊ ſoli ⁊ ſemper ineſſe, genus omni ⁊ ſemper,non autē ſoli. Si interimātur ſpecies non interimi quorū ſunt ſpecies genera. At pꝛopꝛiũ interimi, interempta eius ſi fuerit ſpecies. [Genus pꝛius.] Pꝛius intelligatur non tempoꝛe ſed natura. Pꝛopꝛia quidē perempta non perimunt genera,at ꝟo genera ſi tollantur,tollētur ⁊ ſpecies ⁊ quę in ſpeciebus inſunt pꝛopꝛia. verbi cauſa. Peremptū ſi fuerit animal,perimetur homo,perimetur ⁊ riſibile,haud quidē irrationabiliter. Si enim interemptis ſpeciebus interimunt̃ ⁊ pꝛopꝛia, interemptiſq̃ generibus interimũtur ⁊ ſpecies. conſeqiur neceſſario,vt ſi adimant̃ genera adimant̃ etiam pꝛopꝛia. *Nota.*

De gñis ⁊ accidentis cõmunitate. ℄ Generis ꝟo ⁊ accidentis cõmune eſt, de pluribus(quemadmodum dictum eſt)pꝛ̨dicari,ſiue ſeparabiliū illud accidēs ſit,ſiue inſeparabiliũ. Etenim moueri de pluribus: ⁊ nigrum de coꝛuis,⁊ de ęthiopibus,⁊ aliquibus inanimatis pꝛ̨dicatur.

℄ Vnicā generi atq̃ accidenti aſſignat cõionē hanc, de pluribus pꝛ̨dicari. Idq̃ ideo q2 quęcunq̃ abſunt longeq̃ diſiuncta ſunt,veluti genus ⁊ accidens,plurimum inter ſe differunt,quę ita differunt,hoꝛum cõmunitatē fere nullam,dicere difficillimũ pꝛopꝛietatem ꝟo plurimam facillimum. verbi cauſa. Homo quid cõmune habeat cū foꝛmica, non niſi difficulter,quid ſibi pꝛopꝛiũ ꝗ̃ pꝛomptiſſime dicemus. Cõtra quęcunq̃ adiunt pꝛoximeq̃ iuncta ſunt, hoꝛum ꝓpꝛietatem ꝗ̃ minimā inuenire difficile,cõitatem ꝟo plurimam facillime.


De eorũdem ꝓprietatibus. ℄ Differt autem genus ab accidente,quoniā genus ante ſpecies eſt. accidentia ꝟo ſpeciebus poſterioꝛa ſunt. Nam etſi inſeparabile ſumat̃ accidēs:tñ pꝛius eſt illud cui accidit, quā accidens. ℄ Et genere quidē quę participant,ęqualiter participant:accidēte ꝟo nõ ęqualiter. Intenſionē enim ⁊ remiſſionem ſuſcipit accidentiũ participatio. generū ꝟo minime. ℄ Et accidētia quidē in indiuiduis pꝛincipaliter ſubſiſtũt: genera ꝟo ⁊ ſpecies naturalr̃ pꝛioꝛa ſunt indiuiduis ſubſtantijs. ℄ Et genera quidē in eo qḋ quid eſt p̄dicātur de ijs quę ſub ipſis ſunt: accidētia ꝟo in eo qḋ quale aliqḋ eſt,vl̃ q̃ō ſe habeat vnũqḋq̃. Qualis eni eſt ęthiops interrogatus: dices,niger. ⁊ quēadmodũ ſe Socrates habeat:dices. quoniam ſedet vel ambulat.

℄ Quoniam genus atq̃ accidens plurimũ inter ſe diſtātia ſimilitudinē videbãt̃ habere minimā, diſſimilitudinē ꝟo ꝗ̃ plurimam,ideo eoꝛ cõmunionē vnā, pꝛopꝛietates ꝟo plures expoſuit, huiuſmodi genus ꝗ̃ ſpecies. Species ꝗ̃ accidentia pꝛioꝛes,intenſionē remiſſionemq̃ ſuſcipere accidentia,genus nequaquā. Accidentia conſiſtere potiſſimũ in indiuiduis. Indiuiduis autē ⁊ genera ⁊ ſpecies pꝛioꝛa, in hoc quid eſt pꝛ̨dicari genus,in hoc quale vel quo modo quid habeat accidens. [Intēſionē enim remiſſionēq̃ ſuſcipit accidens in his quoꝛũ ſit particeps.] Homo quidē equus ac cęteroꝛum animaliũ ſpecies eodē modo animalis participes,non ſic coꝛpoꝛa albi nigriq̃, vtpote quoꝛum maius ac minus eſſe dicatur.

℄ Genus igit̃ quo ab alijs quatuoꝛ differat dictũ eſt. cõtingit aũt etiā vnũqḋq̃ alioꝛum differre ab alijs quatuoꝛ. quare cũ quinque quidē ſint,vnũqḋq̃ aũt ab alijs quatuoꝛ differat:quater quinque,viginti fiunt oēs drīę. Sed non ita ſe hꝫ:ſed ſemper deinceps enumeratis,⁊ duobus quidē vna drīa deficientibus(ꝓpterea qm̃ iā ſumpta eſt)trib⁹ ꝟo duabus,quatuoꝛ ꝟo trib⁹,quinque ꝟo quatuoꝛ:decē oēs fiunt drīę, quatuoꝛ,tres,duę, vna. genus enim quo differt a drīa,⁊ ſpecie, ⁊ ꝓpꝛio,⁊ accidente: dictũ eſt quatuoꝛ igit̃ differētię. Differentia ꝟo quo differat a genere dictũ eſt,qñ quo differt genus ab ea dicebatur:reliquũ eſt igitur quo differat differētia,a ſpecie,pꝛopꝛio, ⁊ accidēte dicatur. ⁊ fiunt tres. rurſus ſpēs quo quidē differat a drīa dictũ eſt,qñ quo differt a ſpecie drīa dicebatur. quo etiā differat ſpecies a genere dictum eſt:qñ quo differt genus a ſpecie dicebatur. reliquũ eſt igitur vt quo differat ſpēs a ꝓpꝛio,⁊ accidente dicat̃. duę igitur ſunt ⁊ hę drīę. Pꝛopꝛiū autē quo differat ab accidente relinquet̃. nam quo a ſpecie, ⁊ drīa,⁊ genere differat p̄dictũ eſt, in illoꝛ ad ipſū differentijs. Quatuoꝛ igit̃ ſumptis generis ad alia differētijs:tribus ꝟo drīę,duabus autē ſpeciei,vna ꝟo pꝛopꝛij ad accñs:decē erunt omnes: quarum quatuoꝛ quę ſunt generis ad reliqua,ſuperius demonſtrauimus.

℄ Oſtendit hoc loco Poꝛphyrius quot ſiant,vt ita dicā habitudines ex cõparatione quinque ipſaꝛ vocũ inter ſe,ſic. Nõ inquit fiunt hmõi habitudines, vt quis capiat viginti per his factam comparationē vniuſcuiuſq̃ earum ad reliquas quatuoꝛ. Traditq̃ modũ quēdā, quo vtamur ad inueniēdas ſimiliter terminoꝛũ quoꝛũcũq̃ habitudines,ſi inter ſe mutuo complicētur , hoc pacto. Multiplicare inquit,qḋ a nobis ſupꝛadictum eſt, debemus. Pꝛopoſitum numerũ,per vno minoꝛem,quinque, vꝫ per quatuoꝛ,fientq̃ viginti. Huius deinde dimidiū accipere,remanebuntq̃ decem, ac totidē dicendũ eſſe habitudines. Cur autem id ita fieri opoꝛteat cauſa hęc, vnaquęq̃ illarũ quinque cõparanda erat cum reliquis quatuoꝛ. Atq̃ ideo fecimus per quinquies quatuoꝛ viginti. Accipimus autē iccirco dimidiũ,q2 his accideret eaſdem habitudines inter ſe cõparari. Si enim cõparatum ſit cum reliquis quatuoꝛ genus,manifeſtũ ⁊ eas ipſas

ſas cõparatas cū eo. Eſt aūt ⁊ alius modus, hoc pacto. Sint ꝓpoſiti aliqui termini puta quinque, quibus applicentur alij, totidez certe fient habitudines quot ⁊ termini ſūt. Erant quinque. Primi quidē habitudo nequaquā eſt. Si autē applicetur ei alter, vna efficietur habitudo, vnus nāq; duntaxat terminus preꝑpoſitus. Si ⁊ alter duę, q2 totidem qui preꝑpoſiti fuerant termini. Eruntq; oēs tres, ſi ⁊ alter, tres, eruntq; oēs ſex, ſi rurſus ⁊ alter quatuor. Erūtq; qnque terminoꝝ cūctę habitudines, decē. ¶ Itē ⁊ aliter, vnūqdq; ex quinque cum reliquis cõparari quatuor op3. Genus itaq; cum reliquis quatuor cõparatū, habitudines efficiet quatuor. Differētia autem cum genere cõparata eſt, qū genus cõparatū cum ea, cū reliquis aūt efficiet habitudines tres, fientq; ſeptē, ſpecies item cū reliquis duabus, nam cum genere ⁊ differētia iterū non op3, efficiet habitudines duas, eruntq; nouem, ꝓpriū cum accidente vnam, erūtq; oēs decē. Accidens aūt non amplius habebit cui cõparari poſſit, iā3 enim cū omnibus cõparatu3 videri poteſt, qū ad ipſu3 illa cõparabant̄, ac manifeſtū cūctas eas habitudines, vel quatuor eſſe, vel tres, vel duas, vel vnam. Generis quatuor. Dūę tres. Speciei duas. Proprij vnam, eſſeq3 prorſus omnes decēm. Reſtat igitur poſtq̄ genus cum reliquis eſt vocibus comparatum, de reliquarum deinceps cõmunitate ac proprietate dicamus.



De differētię ac ſpēi cõitatibus. ¶ Cõe ergo differētię ⁊ ſpeciei eſt ęqualiter participari, hoīe enim ęqualiter participant particulares hoīes, ⁊ rationalis differentia. ¶ Cõe vero eſt ⁊ ſemper ad eſſe ijs quę illis participant. Semper eni3 Socrates rationalis eſt, ⁊ ſemper Socrates homo.

¶ Duas hoc loco differētię ac ſpeciei cõmunitates aſſignat, has, quę ſub ſe ſunt ęque ſui participantia facere, inq3 yſdem eodem modo ſemper ineſſe.

De earūdem ꝓprietatibus. ¶ Propriū aūt dīię quidē eſt in eo qđ quale eſt prędicari: ſpeciei vero in eo qđ quid eſt. Nam etſi homo velut quale quid accipiat̄: nō tñ ſimpliciter erit quale, ſed ſm id quod generi aduenientes dīię eum conſtituerunt. ¶ Amplius. Differētia quidē in pluribꝰ ſępe ſpeciebus cõſiderat̄: quēadmodum quadrupes in pluribus animalibus ſpecie differentibus: ſpēs vero in ſolis ijs quę ſub ſpecie ſunt: indiuiduis eſt. ¶ Amplius. Dīia prior eſt ea ſpē q̄ eſt ſm ipſa3. Simul eni3 ablatū rõnale interimit hominē: hō vero interemptꝰ non aufert rõnale cū ſit deus. ¶ Amplius. Differentia quidē cõponit̄ cu3 alia dīia (rationale eni3 ⁊ mortale cõpoſitū eſt in ſubſtātia hoīs) ſpēs vero ſpeciei non componit̄, vt gignat aliā aliquā ſpeciē. Quędā3 eni3 equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationem, equa autem ſimpliciter, aſino compoſita, nūquam perficeret mulum.

¶ Dixit differentię ac ſpeciei cõitates, nūc earūde3 proprietates, ſunt autē huiuſmodi. In hoc quale ſit differentiā, in hoc quid ſit ſpeciem prędicari. Differentiā conſiderari in pluribus ſpeciebus, ſpecie3 in ſolis quę ſub ſe ſunt indiuiduis, differentia ſi tollatur, tolli ⁊ ſpeciē, non ęcõtrario, differentiā cum differentia cõponi, ſpeciē cū ſpecie nequaq̄. [Proprium quide3 differētię eſt in hoc quale ſit prędicari, ſpeciei in hoc quid ſit.] ¶ Addubitaſſet fortaſſe hoc loco quiſpiam, cur ſpecies in hoc qđ ſit, dīia in hoc quale ſit prędicētur? qū homo quale ſit animal dicatur. Dicimus enim, qū quid ſit Socrates? interrogamur, animal, quale animal? homine3, quare ⁊ ſpecies in hoc quale ſit prędicabit̄. Cui occurrēs, ſpēm dicit non eſſe ſimplr̄ quale, ſed quatenus iſtā particeps eſt differentiarū, hoc enim ipſum, in quid ſit prędicari, habet ſpecies ex generibus, in quale vero quid ſit, ex differentijs, verbi cauſa, quale animal homo? interrogati, reſpõdebimus rõnabile mortale. Differētia igitur quale ipſum ex ſe habet. Species vero ex differentijs. [Item differentia cum alia cõponit̄ differentia.] ¶ Rationabile enim cū mortali cõpoſitū efficiet homine3. Equus vero cū homine, nihil, quod ſi mulus ex equa atq3 aſino generetur, nō ex vniuerſalibus generari dicetur ſpeciebus, ſed ex indiuiduis, quippe qui equam cõſcendit aſinus, vnus eſt non plures, ⁊ quę ab aſino conſcenditur ęqua ſimiliter non niſi vna quędam. ¶ Item ⁊ ſic, quę ſunt ad vnius alicuius ſpeciei generationem differētię, nulla quid inuicē patitur, ſed quęq3 ſuam ipſius ſubſtātiam conſeruat, vt animal rationabile mortale, mentis ac ſcientię capax, quę differentia ad humanę ſpeciei generationē, permanet ſemper. Equus vero ⁊ aſinus iccirco ſuam in mulo naturā diſtincte non ſeruarunt, q2 indiuidua ſunt, non ſpecies, corruptaq3 vtriuſq3 ſubſtantia, aliud quiddā ab eorum ſpecie diuerſum factu3 eſt. Non igitur ſpecies cum ſpecie componetur.

De differētię ac ꝓprij cõitatibus. ¶ Dīia vero ⁊ ꝓpriū cõe quidē hñt: ęqualiter participari ab ijs q̄ illis participāt. Aequalr̄ eni3 rõnalia, rõnalia ſunt: ⁊ riſibilia, riſibilia ſunt. ¶ Et ſemp ⁊ oī adeſſe cõe vtriſq; eſt. Etſi eni3 curtet̄ qui bipes eſt: tñ ad id qđ natum eſt ſemp, dr̄ qm̄ ⁊ riſibile in eo qđ natū eſt h3 ſemp, ſed nō in eo qđ ſemper rideat.

¶ Duas dicit differentię ac proprij communitates has. Aeque ſui participantia, quę ſub ſe ſunt, facere. Et quibus ſemel inſint, ineſſe omnibus ſemper. Non eni3 Socrates ratiõabilis erit magis, aut magis riſibilis q̄ Plato. Nam ſi rationabilius aliud alio dicemus, aliud quid certe ſignificabimus, non rationalem ſcilicet entiam, ſed animę potius ad capeſſendas diſciplinas aptitudinem. Semper quidem rationabilis, eſt homo. Semper ⁊ riſibilis, id ipſum aute3 ſemper potentia non actione, vt diximus intelligendum.

De eorūdem ꝓprietatibus. ¶ Proprium autē differentię, eſt quoniam

hęc quidem de pluribus ſpeciebus dicitur ſępe, vt rationale de deo, ⁊ homine: propriũ ꝟo dicitur de vna ſola ſpecie cuius eſt proprium. ❡ Et differentia quidem illis eſt cõſequens quorũ eſt dĩa, ſed non conuertitᷣ: ꝓpria ꝟo cõuerſim ꝑdicantᷣ de ijs quorum ſunt propria, propterea qđ conuertuntur.

❡ Totidem dicit proprietates, quot dixerat cõmunitates, duas. vz has, differẽtiã plures cõplecti ſpecies, proprium vix ineſſe vni ſoli. Differentiaꝫ ⁊ ſi conſequatur ipſa ſpecies, non tamẽ prędicari, quicquid enim homo id rationabile, non aũt quicquid rationabile, id homo. Propriuꝫ ꝟo ⁊ ſequi, ⁊ prędicari, quicquid nãqꝫ homo riſibile. Et quicquid riſibile homo.

De dĩe atqꝫ accñtis cõitatibus.

❡ Differẽtię aũt ⁊ accidenti cõe quideꝫ eſt: de pluribus dici. ❡ Cõe ꝟo eſt ⁊ ad ea quę ſunt inſeparabilia accidentia, ſemper, ⁊ omni adeſſe. Bipes eniꝫ ſemper adeſt oĩ homini: ⁊ omnibus coruis nigrum eſſe ſimiliter.

❡ Differẽtię atqꝫ accidẽtis cõitates ſunt hę duę. De pluribus prędicari, ⁊ ineſſe ſpeciebus ſemꝑ. Ac prima quidem ⁊ ſeparabilibus ⁊ inſeparabilibus conuenit. Scđa ꝟo ſolis dũtaxat inſeꝑabilibus, homo ſiquideꝫ non ſedet ſemper, coruus ꝟo niger eſt ſemper.

De eorũdem ꝓprietatibus.

❡ Differunt aũt, qm̃ dĩa quidẽ continet ſpecies ⁊ non cõtinetᷣ (continet eniꝫ rõnale deũ ⁊ hominẽ) accidẽtia ꝟo aliquo quidem mõ cõtinẽt, eo ꝙ in pluribus ſint: aliquo ꝟo modo continẽtur, eo ꝙ non vnius accidentis ſuſceptiua ſint ſubiecta, ſed plurium. ❡ Et differentia quidẽ inintẽſibilis eſt, ⁊ irremiſſibilis: accñtia ꝟo magis ⁊ minus ſuſcipiunt. ❡ Et impermixtę quidẽ ſunt cõtrarię dĩę: mixta ꝟo nõnunꝗ̃ ſunt cõtraria accidentia. Hmõi quidẽ cõiones ⁊ ꝓprietates differentię, ⁊ cęteroꝝ ſunt. Spẽs ꝟo quo quidẽ differt a genere, ⁊ dĩa dictum eſt, in eo qđ dicebamus quo genꝰ differt a cęteris, ⁊ quo differẽtia differt a cęteris. reliquũ eſt quo differt a proprio ⁊ accidente, vt dicatur.

❡ Proprietates dĩę atqꝫ accidentis tres, ſunt aũt hmõi. Dĩaꝫ cõtinere ſpẽs, nec ꝯtineri. Accidẽs quodãmodo ⁊ cõtinere ⁊ cõtineri, dĩam neqꝫ intendi, neqꝫ remitti. accñs ⁊ magis ⁊ minus ſuſcipere, ꝯrias dĩas admiſceri non poſſe, ꝯria accidẽtis poſſe. Continet autẽ dĩa ſpecies. Pluris eniꝫ rõnabile ꝙ̃ hõ, accidẽs cõtinet ⁊ continetᷣ. quatenus enim nigrũ non mõ ęthiopi, ſed ⁊ coruo ⁊ cęteris conuenit. ꝯtinet, quatenus ꝟo alia ęthiops ſuſcipere poteſt accidẽtia, cõtinetᷣ. Illud aũt quodãmodo iccirco adiecit, qꝛ ꝓprie neqꝫ cõtinet neqꝫ cõtinetᷣ. Differentia neqꝫ intẽditᷣ, neqꝫ remittitᷣ. ſocrates nãqꝫ Platone rationabilior nõ erit niſi per animę vt ſupra diximus, promptitudinẽ, accidẽs magis ac minus ſuſcipit, ęthiops nãqꝫ ęthiope, coruus coruo nigrior. Admiſceri cõtrarię dĩę non poſſunt, rõnabile. ſ. ⁊ irrationabile, mortale atqꝫ imortale. Contraria ꝟo accñtia poſſunt, nigrũ. ſ. atqꝫ album. Ex quorum mixtura fit ruffum.

De ſpeciei ⁊ ꝓprij cõitatibus.

❡ Speciei autem ⁊ proprij cõe quidem eſt: adinuicẽ conuerſim prędicari. Nam ſi quid homo eſt: riſibile eſt, ⁊ ſi quid riſibile eſt: hõ eſt. Riſibile ꝟo qm̃ ſm id qđ natum eſt ridere ſumendum. ſępe iam dictum eſt. ❡ Commune autẽ eſt ⁊ ęqualiter eſſe. Aequaliter eniꝫ adſunt ſpecies ijs quę illis participant: ⁊ propria ijs quorum ſunt propria.

❡ Poſtꝙ̃ de dĩa plene locutus eſt. Tranſit nunc ad ſpeciei ſimilitudinẽ ac diſſimilitudineꝫ quã hꝫ cum ꝓprio atqꝫ accidente. Quibus eniꝫ rebus cũ genere ac dĩa cõueniret differretqꝫ, tunc diximꝰ, quũ illa huic cõparabatur. Sunt aũt ſpẽi ꝓprijqꝫ ſĩlitudines hmõi duę. Prima hęc. Cõmutationẽ pati, mutuoqꝫ inter ſe ꝑdicari, quicqđ nãqꝫ hõ riſibile, ⁊ qcqđ riſibile hõ, ipſum aũt riſibile, non actionẽ, ſed ridẽdi vt diximus aptitudinẽ ſignificabit. Scđa hęc. Aeqꝫ participes eẽ ſpẽs quoꝝ ſunt ſpecies ⁊ propria quorum ſunt propria, ęque eteniꝫ oẽs rationis participes, ęque omnes ſumus ⁊ riſibiles.

De eorũdem ꝓprietatibus.

❡ Differt autẽ ſpecies a ꝓprio, quoniã ſpẽs quidẽ poteſt ⁊ alioꝝ genus eſſe: proprium ꝟo aliaꝝ ſpecieꝝ eſſe propriũ impoſſibile eſt. ❡ Et ſpecies qdẽ ante ſubſiſtit ꝙ̃ propriũ: ꝓpriuꝫ ꝟo poſt fit in ſpecie. opꝫ enim hominẽ eſſe: vt ſit riſibile. ❡ Amplius. Species quidẽ ſemper actu adeſt ſubiecto: propriuꝫ ꝟo aliqñ, ⁊ poteſtate. Homo enim ſemper actu eſt Socrates: non vero ſemper ridet, quãuis natus ſit ſemꝑ vt ſit riſibilis. ❡ Amplius. Quoꝝ termini ſunt differẽtes: ⁊ ipſa ſunt dĩa. Eſt autẽ ſpeciei quidẽ ſub genere eſſe: ⁊ de pluribus ⁊ differentibus numero in eo qđ quid eſt prędicari. ⁊ cętera hmõi. ꝓprij ꝟo: ⁊ ſoli, ⁊ omni, ⁊ ſemper adeſſe.

❡ Speciei proprioqꝫ diſſimilitudines quas hoc loco aſſignat ſunt hmõi. Speciẽ poſſe eſſe ⁊ alijs genus, ꝓpriũ niſi vnius ſpeciei proprium. Speciẽ ꝙ̃ propriũ priorẽ, propriũ poſterius niſi in ſpecie fieri non poſſe. Species actu ineſſe in ſubiecto ſemper. Propriũ actu aliqñ, potẽtia ſemꝑ, differre poſtremo inter ſe diffinitionibus, differt a proprio ſpecies, ſpeciẽ intelligit ſubalternã nõ autẽ ſpecialiſſimã, ſpecies quidẽ ⁊ alîaꝝ ſpecieruꝫ põt eſſe genus, vt animal hominis equi, animalis animans, animãtis corpus, ꝓpriuꝫ niſi vnius ſpeciei propriũ, vt riſibile hominis, hinnibile equi, ſpecies ꝙ̃ propriuꝫ prior, neceſſe enim hoiem eſſe prius ꝙ̃ ſit riſibile, ſpecies actu ſemꝑ ineſt ſubiecto, ſemꝑ quidẽ Socrates hõ. Propriuꝫ non ſemper actu, non eteniꝫ ſemꝑ hõ ridet, differũt inter ſe diffinitionibꝰ, alia nãqꝫ ſpeciei diffinitio hęc, ſpecies eſt quę generi ſubijcitᷣ ſemꝑ, ⁊ quę de pluribus differẽtibus numero in hoc qđ ſit prędicatᷣ, alia ꝓprij hęc. Propriũ eſt qđ ⁊ ſoli ⁊ oĩ ⁊ ſemper adeſt. Illud ꝟo quorũ diffinitiones diſſimiles ⁊ ipſa eſſe diſſimilia, poterat ⁊ alijs cõuenire, generi. ſ. differẽtię ac reliquis vocibus.

De ſpẽi atqꝫ accñtis cõitate.

❡ Speciei ꝟo ⁊ accidentis cõe quidem eſt de pluribus prędicari. Rarę ꝟo ſunt alię cõmunitates: ꝓpterea qđ ꝙ̃plurimũ diſtant abinuicem accidens: ⁊ id cui accidit.

❡ Speciei